adijt vobis. Et ibidem ait. Di co autem vobis ne solliciti sitis anime vestre quid manducetis. neqꝫ corpori vestro quid induamini. Nōne aia plus ē ꝙ esca: ⁊ corpus plus ꝙ vestimentū. No lite ergo thesaurizarꝰ vobis thesauros in terra: vbi erugo ⁊ thinea demolitꝰ: ⁊ vbi fures effodiunt ⁊ furantur. Thesaurizate autē vobis thesauros scꝫ virtutū ⁊ gratiarū in celo: vbi neqꝫ erugo: neqꝫ thinea demolitur: ⁊ vbi fures nō effodiunt nec furantur. hec ibi. Ecce ergo o cupide ⁊ auare: q̄liter teneris preponere diuinam doctrinam temporali lucro: cum sit nobilior in infinitum. Et ideo o paupercule plus lucraberis in vna hora audiēdo predicationē ꝙ si centū ānis tibi foderes aurum purissimū. Et certe veniēdo quotidie i quadragesima p vnā horam ad ꝓdicationē nō ꝑdes nisi quadragita horas: ⁊ sic p cōsequēs quasi laborē duorū dierꝫ in qbus simpliciter tres vel quatuor grossos lucratꝰ fuisses. Perseuera igitꝰ ad audiēdū verbū dei ⁊ merebe ris: put dixi ifinitū thesaurꝫ eterne vite. ¶ Scdo ꝟ idē probatur rōne pfectionis: vꝫ ꝙ pseuerātia in oi bona opatiōe ⁊ precipue in audiēdo ꝓdicationes est cuilibet necessaria. Fūdamentū rōnis ponit Saluator Matth. v. dicēs. Estote pfecti. s. in omni virtute sicut ⁊ pater vester celestis pfectꝰ est. Quo presupposito peto qd sit simpliciter pfectū. Respōdit phus. v. metha. di. Perfectū est cui nulla suarum partium deest. Et. iii. phisy. ait. Perfectum est cui nihil deest. ꝙ si sic est: clarum est ꝙ qui non habet pseuerātiam in suo opere caret vna pte virtutis: ergo tale opus est imperfectum: ergo non est secūdum voluntatem saluatoris hoc precipientis. Sed cum nulli liceat facere cōtra voluntatem ⁊ preceptū saluatoris: ergo quisqꝫ tenetꝰ perseuerare in bono incepto ⁊ i predicationibꝰ vsqꝫ in finem: quod egregie confirmans phs. v. metha. ait. Perfectū est omne simpliciter qꝺ finē attingit. ¶ Tertio demqꝫ ꝟ idem probatur exemplo. Nam videmus per experientiā ꝙ miles strenuus qui agreditur aliquam pugnā nūꝙ̄ deficit in pugnādo q̄uis propter hoc maximum laborem sustineat: quousqꝫ aut victoriā de inimico deportauerit: aut inimicus sibi cedat cum confusione ⁊ detrimento: Sic ait Alexand. i. vt habetur extra de renun. c. i. Indecens (inquit) omnino probatur prius soluere militie cingulum ꝙ cedat victori aduersitas preliorum. Si hoc facit pro habenda victoria temporali: quāto fortius quisqꝫ xp̄ianus debet continuare in bonis operibus vsqꝫ in finem vt habeat victoriam eterne vite in qua postmodum sibi subijcit ⁊ creatorē ⁊ omnes creaturas. Habes si vis ⁊ aliud exē-

plum: Nam vt legitur gen.29. Jacob seruiuit laban iugiter.14. annis: vt haberet Rachelē filiam eius que certe erat vna pecia carnis valde putrida ⁊ fetida. Et vt dicit ibi textus. Uidebant̄ ei dies pauci p̄ amoris magnitudine: q̄ si Jacob.14. annis pseuerauerit in labore: ut acqreret filiā laban: quāto magis debet quisqȝ pseuerare in bonis opib⁹ pro qb⁹ meremur postmodū eternā vitā. heu o mūdani ceci. o mūdani iniqui. o vtiqȝ mūdani filij diaboli. O carnales spurcissimi atqȝ sensuales: vos totū ɔtrariū facitis: dum toto tempore vite vestre insudatis pro acquirendis diuitijs: ⁊ pro fouendis vestris carnalitatibus: nec quasi est qui velit in quadragesima verba dei audire: nec confiteri pro quibus beatitudinem acquirerent ⁊ felicitatem. Ideo bene Grego.47. di.c. omnes. de talibus ait. Omnes huius seculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt: in celestibus debiles. Nam pro temporali gloria vsqȝ ad mortem desudare appetunt: ⁊ pro spe perpetua: nec parum quidem in labore subsistunt. Nam p:o terrenis lucris quaslibet iniurias tollerāt. Et p̄ celesti mercede: vel tenuissimi verbi ferre cōtumelias recusant. Terreno etiam iudici tota die assistere fortes sunt: in oratione vero coram deo vel vnius hore momento lassantur. Sepe nuditatem deiectionem: famēqȝ pro acquirendis diuitijs atqȝ honoribus tollerant: ⁊ eaȝ reȝ spe se per abstinentiam cruciant: ad quas adipiscendas festināt: superna autem laboriose querere tanto magis dissimulant: quāto magis ea retribui tardius putant. Hi itaqȝ quasi malarum arborū more deorsum vasti sūt. sursum angusti sunt: quia fortes in inferiora subsistunt ⁊ ad superiora deficiunt: at contra ex qualitate palmarum designatur proficiēs vita iustoȝ qui nequaq̄ in terrenis rebus fortes sunt ⁊ in celestibus debiles. Sed longius atqȝ distantius studiosos magis deo se exhibēt q̄ seculo fuisse meminerint. hec ille. ¶ Ex predictis auctoritatibus ratione ⁊ exemplis: patet qualiter qui vult proficere in diuina doctrina ⁊ gratia dei debet perseuerare in audiendo sanctissimas predicatiōes ex quibus illuminatur homo ⁊ saluatur. Et per consequens patet etiam tertia dispositio necessaria ad suscipiendum diuinam doctrinam. ⁊ per consequens diuinam gratiam que dicitur dispositio cōtinuationis: quam continuationem: ⁊ perseuerantiam in auditione sacre doctrine ⁊ in ceteris operibus virtuosis: nobis concedat oīpotens deus q est benedictus in secula seculoȝ. Amē.

¶ Feria quarta post dominicam septuagesime de reliquis quattuor dispositionibus necessarijs ad diuinā doctrinā sermo q̄rtus.

Fides tua te saluum fecit. Luc. 7. Explens tribus dispositionibus cuilibet necessariis: ad hoc vt quis perfecte sumat fructuz diuine doctrine seu sanctaz predicationū: necesse est vt quatuor sequentes conditiones: etiā declaremus que nō minus necesse sunt: immo magis ꝙ precedentes. Et vt ordinē seruemus: accipe nunc quartā dispositionem in ordine declarandam.

¶ De quarta dispōne declaranda ad audiendā doctrinā sanctaz que dicitur dispositio attētionis.

Quarta igitur dispositio ex qua acquiritur salutaris doctrina: ꝛ ꝑ cōsequens diuina gr̄a dicit̄ dispō attentionis. Clarum est eni ꝛ iugiter experiētia docet: ꝙ nullum exercitium siue sit spirituale siue corporale: vnꝙ̄ consequitur bonū finem sine precipua attentione dicente Seneca in prouer. Nullum exercitiū bonuz redditur vbi est discursus ꝛ vagatio aī. Sic a siſi volo dicer̄ de exercitio auditiōis diuini verbi: seu doctrine euangelice: qm̄ nō sufficit: vt qs vadat ad audienduz verbum dei festinant̄. Sed etiā opꝫ ꝙ singulariter dum est ibi singularissimā hēat attentionē ad veritates declarandas: aliter nulluz de diuino verbo spirituale fructum aīe reportat. Qui eni vult ꝓficere tā in ceteris ꝙ̄ etiam in doctrina diuina opꝫ ꝙ leuet cor suū totum oēs sensus: oēm volūtatez: oēm intellectū ꝛ memoriā atꝙ̄ oēs vires suas: ad id qd̄ dr̄ ꝛ declarat̄ excludendo maxime pro tunc a se oēs vagatiōes: oēs circūspectiones: oēsꝙ̄ mūdanas alias nogias lasciuias atꝙ̄ vagabundas cogitatiōes. Dico tibi. o mulier que corpore stas ad ꝑdicatiōes: sed corde ꝛ fantasia es aut ad faciendū cognaz: aut ad laudādūz pānos ꝛ hmōi. Heu dico tibi. O adolescens q ꝛ si venis ad ꝑdicationē mens tua vagabūda semp̱ discurrit ꝑ varia ꝛ diuersa inutilia. Dico igit̄ gnāliter ꝙ diuina doctrina sicut cetera exercitia ꝑcipue reqrit: ꝙ cor cuiuslibꝫ sit attētum: sit directū: sitꝙ̄ totū eleuatū ad ea q̄ dicunt̄ ꝛ non ad alias fantasias ꝛ nogias cogitationes. Talis aūt attentio ad diuinā doctrinā capiendā probatur esse necessaria qnꝙ̄. s. Primo auctē. Secdo rōne. Tertio distinctionibus. Quarto silitudine. Quinto exemplo. ¶ Primo ꝓbat̄ auctībus ꝙ qsꝙ̄ debet hr̄e maximā attentionē ad ea q̄ ꝑdicator dicit ꝛ declarat. Naz ph̄s 4. pol. ait. Magnis negociis oꝫ simpliciter aiuz ordinari ad vnū opus: qr maior est cura que ē intenta circa vnū ꝙ̄ si circa multa. hec ibi. Item auctor. lib. de causis ꝑpōne. 16. ait. Uirtus omnis

vnita fortior est et plus firma quam virtus dispersa et multiplicata: quia ois virtus appropinquans vni vero est plus firma quam que longinqua est ab eo: quando eniz virt incipit multiplicari: tunc destruitur virtus eius et p cõsequẽs infirmatur eius vehemẽtia. hec ibi. Item Boetius in lib. de disciplinã scolariuz ait. Disciplinis quemque dz esse beniuolus: docilis atque attentus in exercitio. beniuolus ad audiendũ: in aio attentus ad recipiendũ: et in se toto docilis ad intelligendũ. Discolus aũt discipulus qui currit p vicos et plateas: et q aio est vagabundus nõ proficiet in doctrina. hec ibi. Itẽ Tullius in retho. prima que ars vetus dicitur ait. Dociles eos facimus si apte et breuiter sũmã cause exponimus: cũque docilem vis facere. simul et attentũ facias oz. Nam is maxime docilis est qui attentissime paratus est audire. hec ibi. Idẽ quoque ibidẽ lib. 4. ait. Audienti discipulo intento opus ẽ aio ne oia dilabantur si vnũ aliquod effugit. Itẽ Seneca ad Lucillũ ait. Primũ argumentũ cõposite mẽtis existimo: posse psistere et secuz morari et assidua intentione ad ea que referuntur occupari. Et eccle. 28. dicitur. Qui minoratur actu pcipiet. sapiẽtiã. Et idẽ. 29. di. Qui conatur multa agere incidet in ruinã. Et Grego. 4. dialogoz ait. Cũ aius diuidit ad multa: fit minor ad singula: tãtoque ei minima res surripitur: quãto latius in multis occupat. h ibi. Idem in pastorali ait. Impar quisque inuenit ad singula dũ pfusa mente spargit ad multa. Et qdam versificator dicit. Pluribus intẽtus minor est ad singula sensus. Itẽ Cassio. lib. x. epistolaz ait. Duabus curis ingeniũ simul nõ debet occupari. Item puerb. 28. Salomon ait. Qui declinat aurẽ suã ne audiat legẽ scz dei: oratio eius erit execrabilis. Et puer. j. dicit. Inuocabũt me et non exaudiã eos: eo q exosã habuerunt disciplinam: vz legis mee. Ex predictis auctoritatibus pz qualiter impossibile est veritatẽ diuini verbi accipere nisi qs habeat summã attentionẽ ad audiẽdũ illã. ¶ Scdo h idẽ p bo vnica rõne videlz remotionis. Fundamentũ ratiõis ponit Aristoteles lib. j. de regi. princi. dicens. Potẽtia remota ab obiecto priuatur virtute et influẽtia eiusdem obiecti. patet hec regula. Certum est eni q sol est quodam obiectũ potentie visiue quẽ si oculus tẽperate directe respicit seu attendit influẽtiam sue delectationis et cognitionẽ sue pulchritudinis suscipit. dicentẽ Ecclesiastico. xl. Dulce lumen et delectabile est oculis videre solem. Econtra si potentia visiua respiciat ex aduerso seu ad alia: nõ respiciendo pprie solẽ clarũ est. q oculus nullã influẽtiã delectationis ab ipso sole pcipere põt. Similiter si potẽtia visiua directe

respiciat seu attendat in aliquam pulcherrimã imaginẽ virginis gloriose et non in aliam: clar ũ est: ꝙ ab eadem quandam influẽtiam maxime delectationis recipit. Econtra si oculus respiciat ad alia simul diuersa obiecta impossibile est ꝙ de predicta imagine accipiat cognitionem: ⁊ per consequens delectationẽ. Quo presupposito certum est ꝙ potentia intellectiua non potest simul ⁊ semel ferri in diuersas res: seu i diuersa obiecta cũ sit potentia simplicissima: dicẽte phõ. 3. de anima. Impossibile est eandem potẽtiã pro nũc ferri in diuersa obiecta. Unde ⁊ cõtingit intellectũ multa scire. intelligere vero non nisi vnum. Quod si sic est manifestũ est ꝙ dum intellectus seu voluntas ad veritatez non attendunt: est per consequens oino impossibile ꝙ tunc recipiant veritatem diuini verbi seu ab ipso deo influentiam gratiarum quas appetunt ⁊ requirunt. Uis igitur o fidelis ala fructum orationis: ⁊ ꝗ maxime predicationis recipere ⁊ gratiam acquirere quã desideras: fac ꝙ directe itellectus tuus atqꝫ voluntas solum intendant ad deũ seu ad veritates que dicũtur ⁊ declarantur. Hanc attẽtionem qa plures non habent. ideo sine fructu diuine predicationis ⁊ gratie: a predicatione recedũt: vnde cõtingit ꝙ aliqui vagant: aliqui discurrunt per circuitum nec reperiunt locũ: sicut fornilce diaboli. Aliqui attendunt ad apponendum manus super caudam accipitris quem ad predicationem portauerũt. Aliqui auertunt oculos impudicos a predicatore ⁊ ꝯuertunt ad vanas mulieres. Aliqui volunt numerare quot femine vel hoĩes ad predicationem venerunt. Alij murmurant: Alij recedunt sine necessitate. Alij loquuntur vana ad inuicem. Alij faciunt diuersa signa cum oculis. Et alij aliquãdo ꝙ cũ habent locũ secretum in predicatione fornicantur sicut contigit laude in quadã ecclesia dum predicaret quidam pater conuẽtualis: vocatus magister Paulus in die annunciationis virginis Marie: eodem predicante quidam ribaldus diabolica sugestione vexatus mulierem in eadem ecclesia cathedrali post altare sancte Katerine postrauit prout a pluribus visus fuit. Alij insuper impudicis manibus mulieres venientes ad predicationem stimulant ⁊ pungunt. Cũqꝫ talia ⁊ multa similia miseri hoĩes ⁊ mulieres faciũt in predicatione fructum predicationis ⁊ per ꝯñs diuine grẽ penitus ignorãt. Contra quos Arist. 12. metha. ait. Intelligere bonũ ⁊ nobile. Intelligere vana ⁊ vilia valde differũt quo ad pfectionẽ ⁊ nobilitatem itellectus: qꝛ valde inconueniẽs videtur ꝙ aliquis mediteẽ subtilia ⁊ operationem actus sui occupet circa vana ⁊ vilia. Nobi-

litas igitur intelligendi pertinet simpliciter ad nobilitatem intellectus cũ operationes circa obiecta propria specificẽtur. hec ille.
¶ Tertio insuper probo intentum distinctionibus. ꝛ vt ꝑ quãdam similitudinez loquar Thomas .xxij. q. 83. articu. 13. querit An attentio requiratur in omni re ꝛ maxime ad vocalem orationem. Respondit dicens. Attentio potest haberi ad tria. Primo ad verborum ordinem vel tenorem. videlicet: ne ille qui orat erret in proferendo verba. Secũdo ad verboꝝ significationẽ: vt scilicet ille qui orat verba orationis ꝛ petitionis itelligat: ꝛ he due attentiones non sunt necessarie: tum quia simplices ꝛ idiote eas habere non possunt. tum ꝙ si in singulis verbis velit homo cogitare qualiter verba sint formanda ꝛ intelligenda: mentis euagationem incurret. Tertio potest haberi intentio ad finẽ ꝛ hec maxime est necessaria cujus ratio est: quia finis orationis ẽ duplex. scilicet deus qui orat: ꝛ illũ pro quo orat: siue persona pro qua oratur. Et ista duo siue hanc duplicem attentionem nõ solũ docti: sed etiaz idiote ꝛ simplices habere possũt. Inmmo ꝙ plus est attẽtio qua mens fertur in deum quandoqꝫ intãtũ abundat: vt etiam mens obliuiscatur omniũ aliorum: sicut dicit Ugo de sacro Uic. ꝟ Tho. Aliaz ꝺ fi-ctionem egregiam ꝛ similem ꝑo-nit Ricar. mal. 4. distincti. 15. articu. 5. q. 6. i corpore. q. dicẽs. Cum queritur an vocalis oratio sine mentali atten ione sit meritoria vel satisfactoria. Respondẽtur ꝙ orationis triplex est efficacia. sci icet in merẽdo: ꝗ sic est satisfactoria. Et in impetrando: ꝗ orantez spiritualiter ꝛ experimẽtaliter reficiendo. modo nullam istarum efficatiarum habet vocalis oratio: si eã non precedat: aut non concomitetur concors meditatio; aliter e; im nõ esset moralis actus: nã act⁹ exterior moralis nõ est nisi per cõparationẽ ad actũ rationis interiorez: si autem adsit intentio debita ꝛ actualis in pricipio vocalis orationis ꝗuis postea non sequatur: tamẽ oratio vocalis est meritoria ꝛ impetratiua per virtutẽ p̄me intẽtionis nisi postea interrumpatur per intentionem contrariaz. Sicut cum aliquis ex bona intẽtione icipit peregrinari: vel elemosynam dare totus actus sequens meritorius est virtute intentionis prime ꝗuis cesset sua intentio actualis. Sed efficatiam spiritualiter reficiendi orantez non habet vocalis oratio: nisi quãdiu eã comitatur intentio. Et sic intelligitur illud verbum Apostoli .j. ad corinthi. 14. Si or. in lingua spiritus meus orat: mens autem mea sine fructu est. Sciendũ est ꝙ põt intentio conuenire vocali orationi tripliciter. s. aut applicando eas ad verba que dicit

tur: aut ad illos q̄s petit: aut ad il
lum cui oratio porrigit. Et quo
cūq; istorum modorum adsit intē
tio: non est inefficax ad satisfaciē
dum vocalis oratio: sed scḋa in
tentio melior est q̄ prima: ⁊ ter
tia q̄ scḋa. Vñ Vgo i lib. de vir
tute orandi inter principium ⁊ me
dium dicit pura oratio est: q̄n ex
abūdantia deuotionis mens ita
accendit vt cum se ad deum po
stulatura cōuerterit pre amoris
eius magnitudine: etiā petitiōis
sue obliuiscat. H ibi. Ex p̄dictis
distinctionibus arguo a simili: cū
de silibus idē sit iudiciū. q̄ si ora
tio est vtil' sine attentione p̄cipua
ad id q̄d dr vel orat: a sili doctri
na diuina: nulli pōt p̄ficere nisi p
ipaȝ audiēs audiat eā cū maxima
attentione ⁊ reuerētia. ¶ Quar
to ꝯ idē p̄bo silitudine: experiētia
n. docet q̄ venator q sil' vult cur
rer p⁹ duos lepores nullū eorū
cape pt: quos tn̄ facilit' cepisset si
sigillariȝ p⁹ vnum illoꝝ cucurris
set. Vñ qdam sapiens metrice
loquendo testatur di. Quis bi
nos lepores vna sectabitur: hora
vno q̄ȝ: quādo quoq; carebit
vtroq;. A simili dico ꝯ sacra do
ctria ⁊ dina gr̄a quā mēs neq̄
acqrere pt: q circa multa ē euaga
būda. ¶ Quito dēiq; ꝯ idē p̄bo
vnico exēplo. Nā legit i vita bti
Syri ep̄i Jan. q̄ cū semel eēt i
ecclesia ⁊ predicādo celebraret.
Ibiq; ēt magna multitudo ppl'i
que vtiq; erat vagabūda: nec ad
verbū diuinū erat attēta: ɔtigit
q̄ ipse sanctus vidit in eadē eccle
sia quēdā demonē habentē ma
gna cartā in manibus ⁊ scribētē
in ea omnes cogitatiōes noxias
⁊ vagabūdas: circa quas popu
lus ipse dū predicaret erat occu
patus: ⁊ cū carta deficeret: p̄ eo
q̄ tota iam conscripta erat: ⁊ de
mon cū dētibus ipsā elōgare vel
let. subito carta fracta caput ei⁹
ictu valido muꝝ ipetijt: ita ut so
nitus collisionis ⁊ vulnus capi
tis sentiret quo facto statiȝ euanu
it: q̄d totū idem ep̄us populo sin
gillariȝ reuelauit: sciret eos redar
guens: q̄ in orationibus ⁊ p̄dica
tione sinebāt ingredi eoruȝ mē
tibus ⁊ cordib⁹. varias. supbas.
mūdanas. carnales. atq; dyabo
licas cogitationes ꝓpter q̄d indi
gni oino reddebant. ⁊ sacra do
ctrina ⁊ diuina gratia. Ex predi
ctis igr̄ omnibus pȝ quarta di
spositio necessaria ad suscipiēdā
doctrinā sacrā ⁊ p cōsequens di
uinam gratiam que dicitur di
spositio attentionis.

¶ De q̄nta dispōe necessaria ad
audienduȝ doctrinā sacram que
dicitur dispositio creditoris.

Quinta dispositio ex qua
acqritur salutaris doctri
na ⁊ per consequens di
uina gratia ⁊ eterna gloria: dicit
dispositio creditoris. Non enim
tantum oportet q̄ quisq; in audien
do euangelicam doctrinam ha
beat dispositiones suprapositas:
sed sup omnia necesse est q̄ sim
pliciter credat ea q̄ sibi a docto

re ꝛ ꝑdicatore proponūtur: nec faciāt ſicut faciūt qdam ſuperbi inflati: arrogātes: atq; curioſi homines: q cū non intelligāt etiam naturam vnius vermiculi: ſeu vnius viliſſime formice: tū volūt confutare: aut ꝑ falſas eorum opiniones: aut per erronea eorū iudicia ꝛ argumēta doctrinam veritatis aliter volendo itelligere: ꝙ a ſacris doctoribus ſeu ꝑdicatoribus exponatur. Tales igitur ſacram doctrinam ſic audientes ꝛ decidentes: non tm̄ non merentur diuinā grām: ſed qđ maius ē merētur ex eoꝝ infidelitate eternas penas ſuſcipere. Dico igit̄ ꝙ quicunq; debet ꝓficere in ſacra doctrina atq; diuina gratia neceſſe ē: ꝙ ſimplicit̄ credat: ꝛ ſimpliciter fidē adhibeat his que dicuntur a doctore. vel predicatore ꝑdicantur. Et ꝙ talis fides ꝛ ſimpliciter creditio diuine ſcripture atq; predicatoribus ſit adhibenda triplicit̄ ꝓbo. Pꝛio auctoritatibus. Scđo rōe. Tertio exēplo. ¶ Primo ꝓbo auctoritatibus. Nam Boetius in libro de diſciplina ſcolariū ait. Qui non nouit ſe ſubijci in oibus nūꝙ̄ audeat ſe magiſtrare: nec dign᷒ eſt ſciētia ꝛ veritate: ille q ſciētie ꝛ veritatis iſurgit auctori. Hec ille. Apls ēt. 2. Coꝝ. 10. In carne ēt ābulantes nō ſm̄ carnē militam᷒. Nā arma militie nr̄e nō ſūt carnalia ſed potētia deo ad deſtructionē mūitionū cōſilia deſtruētes: ꝛ oēm altitudinē extollentē ſe aduerſ᷒ ſciētiā dei ꝛ in captiuitatē redigētes oēm intellectū in obſequm xp̄i: ꝛ in ꝓmptu habētes vlciſci oēꝫ inobedientiā cū ipleta fuerit obediētia noſtra. hec ibi. Idē quoq; Apo. ad Eph. 4. ait. Hoc igitur vobis dico ꝛ teſtificoꝛ in domino ut iā nō ambuletis: ſicut ꝛ gētes ambulant in vanitate ſenſus ſui: tenebꝛis obſcuratum habentes intellectum: alienati a via dei ꝑ ignorantiam: que eſt in illis: ꝑ cecitatē cordis ipſorū: qui deſperantes ſemetipſos tradiderunt ipudicicie in operationē immūdicie ois auaricie hec ibi. Cepherinus papa di. 38. c. ſicut ſtellas ait: Sicut ſtellas celi nō extinguit nox: ſic mētes fidelium inherentes ſimpliciter firmamento ſacre ſcripture non obſcurat mundana iniqtas. hec ille. Et Hyero. ſup yſa. ꝛ ponitur. 37. di. c. vnis ait: Sed tropologiā pſeudo ꝓphetas eos debemus accipere qui alıter ſcripturarū verba accipiunt ꝙ̄ ſpirituſſanct᷒ ſonat. Et diuinos eos qui coniectura mentis ſue incerta futurorum: quaſi vera pronunciāt abſq; diuinorū auctoritate verboꝝ. hec ille. Idē quoq; Hiero. ſup epiſtolam ad Gal. Et ponitur. 24. q. 3. c. hereſis. ait: Quicūq; autē aliter ſcripturam intelligit ꝛ ſacrā doctrinam ꝙ̄ ſenſ᷒ ſpiritus. ſcꝫ flagitat a quo ſcriptura eſt: licet ab eccleſia nō receſſerit. tamē hereticus appellari poteſt: ꝛ de carnis ope

ribus est eligēs que priora sunt. hec ibi. Deniq3 Leo papa. 24. q. 3. c. q autē. ait: Quid āt iniquius est: q3 impia sapere ⁊ sapientioribus: doctoribusq3 non credere: Sed in hanc insipientiā cadunt quicūq3 ad cognoscendā veritatem aliquo ipediuntur obscuro: nec n ad propheticas voces. nec ad apostolicas lr̄as. nec ad euangelicas auctoritates: sed ad semetipsos recurrunt: ⁊ ideo magistri erroris existunt: qa veritatis discipuli non fuerūt. hec ibi. Ex predictis auctoritatibus p3 qualiter qsq3 tenetur pure ⁊ simpliciter credere ⁊ fidem exhibere ⁊ scripture diuine: ⁊ doctis pdicatoribus eam pnunciātibus cōtra multos ceruicosos ⁊ bestiales: qui quotidie volunt audire subtilia de pscientia dei de predestinatione ⁊ reprobatiōe: ⁊ postq3 veritates audierint: eis nequaq3 credunt: sed in diuersos errores propter suas dyabolicas fantasias incidunt: qui ⁊ si habeant nomen christianorum: tamen non habent substantiam veri christiani: que cōsistit in simpliciter credere: ⁊ fidem adhibere dictis sacrorum theologorum: ⁊ illa in predicatione eoꝝ predicantibus ⁊ declarantibus. ¶ Secūdo hoc idē probo vnica ratione. v3 processionis. Fundamentū rationis ponit Cōmentator sup. 8. Metaph. di. Quādo aliquis effectus conuenit vni tanq3 cause: ⁊ alteri tanq3 causato. per prius attribuitur cause q3 causato. patet hec regula. Cū enim lux stellaruꝫ. vt dicit Cōmentator. 2. de anima. Procedūt a sole tanq3 a prima causa. Et ab ipsis stellis tanq3 a secunda causa: debet magis attribui laus illius lucis stellarū ipsi soli q3 ipsis stellis. quia ut dicitur 2. de aīa. Denominatio n qualibet re semper debet fieri a nobiliori. Similiter si aliquis gratias agit aliquibus ambasiatoribus pro eo q sibi detulerunt aliquod egregium donum nomine alicuius ducis: multo magis ille gratie debent referri ipsi duci a quo donum ipsum principaliter processit. Quo presupposito certū est. q sacra scriptura seu doctrina licet procedat ab ore ipsius pdicatoris qui est quasi quoddam instrumentū dei: tamen in veritate principalius ⁊ imediatius procedit ab ipso deo: seu ab ipsa sanctissima trinitate patre. s. ⁊ filio ⁊ spirituisancto. Quod cōfirmās Ambros. super verba pauli. Nemo potest dicere dominꝰ Jesus: nisi in spiritusancto ait: Omnis veritas a quocūq3 dicatur a spiritusancto est. Et pphета dicit dominus dabit verbum euangelizantibus verba euangelica virtute multa. Et Ysa. 59. dicit. Spiritus meus uite est ⁊ ego posui verba mea in ore tuo. Et primo ad Thess. 2. Apo. ait. Cum accepistis a nobis verbū auditu dei accepistis non verbū hominum. Sed sicut est vere verbum dei

qui operatur in vobis: que credidisti. hec ibi. Et Hiere. j. dicitur. Ecce ego dedi verba mea i ore tuo. Denique et saluator. Matth. 10. ait. Cum steteritis ante reges et p̄sides nolite cog. quō aut quid. lo. non enim. u. c. q. lo. sed s. p. u. qui loqtur in vobis. Qd si vt pz doctrina predicatoris immediate p̄cedit ab ipso deo clarum est q̄ talis doctrina a deo ita est vera: qd̄ non pōt esse falsa. Sic enim dicit phs primo priorum. Ex falsis verum: sed ex veris nunquam sequitur nisi verum: ergo per consequens quisque tenetur pure simpliciter et sine aliqua dubitatione credere ei et fidē adhibere si vult veraciter ab ipso deo illuminari. Quod si quis non credit simpliciter verbo p̄dicatoris vtique deū ipsum contēnit: qui de veritate linguam predicatoris informat. Propter quod Saluator Matth. 10. ait. Qui vos recipit me recipit: et q vos spernit me spernit. Et q recipit prophetā i noīe prophete: mercedem prophete accipiet. Et confirmatur ista ratio. Nam extra de fide instrumentorum. c. scripta. dicitur. Quod dat magna fides bulle et creditur firmiter in qua est verum sigillum et auctenticum alicuius principis: seu collegii: seu pape: vel pontificis. Quod si sic est: q. s. firmiter creditur litteris ipsorum et principium: seu priuilegijs sūmi pontificis: et scriptoribus imperatorum: et cartis notariorum iam mortuorum. a fortiori tenetur q'qz credere et fidem adhibere dictis scripturarum celitus infusarum. et verissimis testibus: qui pro cōfessione veritatis scripture sacro sanguinem effuderunt. Et tanto plus debz ei fides adhiberi: quāto in infinitū nobilior et veratior est ipse deus: a quo ipsa doctrina p̄cedit ipsis principibus imperatoribus dominis atque notariis: et huiusmodi. pro eo q̄ vt dicit. j. de aīa. Quelibet scientia trahit suā nobilitatem et veritatem a suo subiecto q̄ si fuerit nobilius nobilior est: et per consequens ipsa scientia ¶ Tertio denique probo exemplo. Nā Socrates philosophus atteniensis in suis sententijs ait. Auctoritas magistri etiā sine alia ratione est digna fide et veneratiōe. Et est sibi fides adhibēda. patet hec sententia. Nā videmus q̄ datur fides indubitanter Aristoteli de rebus naturalibus que dicit: et sine inqsitione alicuius rōnis similiter et medici adhibēt fidē in dubiā Ypocrati Galieno Auicēne: et Meue. Similiter et oratores adhibēt fidem Tulio Cyceroni. Similiter et legiste adhibent fidē conditoribus suarum legum. Et hi oēs p̄dicti auctoritatibus suarum legū sic simpliciter fidē adhibēt: q̄ nequaquam possunt credere q̄ in suis sententijs errauerint. Quod si p̄dictis tanta datur fides q̄ pro sustinēda vna cōclusione earum: nequaquam exposuissent nō tm̄ vitā, sed nec solā etiā

guttam sanguinis. a fortiori tenetur quisqȝ fidem verbis euangelicis dare: quoꝝ auctor xp̄us fuit: ⁊ scriptores quatuor euangeliste: ⁊ expositores sacri theologi atqȝ doctores: q omnes pro defendēda vna sola euangelij veritate mortē libētissime suscepissent. Preterea refert Ualerius qui erat paganus. li. primo. Q̄d Simmōides poeta nauigās per mare ad littus applicuit. ⁊ ibi mortuū corpus humanū inhumatuȝ reperiens sepeliuit: ⁊ cū ipsum sepeliret. ab eo admonitus fuit ne die proximo sequenti nauigaret: qui acquiescēs monitis eius in terra remāsit. Alij vero qui nauigauerunt ipsa die procellis ⁊ fluctibus maris oēs submersi sunt. Ecce ꝙ daſ fides Ualerio qui fuit paganus talia referenti. ⁊ sic de multis dicere possemus. ꝙ si dictis paganorū ⁊ infideliū simpliciter fides adhibetur: q̄nto magis quisqȝ simpliciter debet fidē adhibere dictis p̄dicatorū atqȝ sententijs sanctorū doctorū. Sicut igitur cecus vel cecutiens acquiescit fideli ductori: sic sapiens xp̄ianus debet simpliciter credere euangelice veritati. Sed multi sunt in hoc peiores ipsis cecis: qui cum nolint credere doctoribus a spiritu sancto illuminatis: iugiter permanent in errore sue damnationis. di. Seneca epistola. 50. ad Lucillum. Ceci ducem querūt: nos autem sine duce erramus: ⁊ ideo difficulter ad sanitatē peruenimus: quia nos egrotare nescimus. hec ille. Ex predictis auctoritatibus ratione atqȝ exēplo. patet quinta dispositio necessaria ad suscipiēdum diuinam doctrinam. ⁊ per consequens diuinam gratiam que dicitur dispositio creditionis.

¶ De sexta dispositione necessaria ad audiendū doctrinā sacrā q̄ dicitur dispositio susceptionis.

Sexta dispositio quā requirit salutaris doctrina: ⁊ per consequens diuina gratia ⁊ eterna gloria: dicitur dispositio susceptionis. Non tātū quisqȝ christianus qui vult proficere in sacra doctrina ⁊ per consequens in diuina gratia: debet habere omnes supradictas dispositiones. Sed summe ⁊ necessariū est ꝙ alacriter ⁊ libenter suscipiat admonitiones atqȝ correctiones ipsius predicatoris: ⁊ cōsentiat inspirationib' bonis q̄s suscipit: dum audit sacraȝ doctrinam. Et dico contra multos qui cum audierint vnum solum verbum in predicatione quod eis displiceat. cōfestim dedignantur ⁊ postmodum contemnunt amplius predicationes audire: hi tales nunq̄ possunt proficere in sacra doctrina ⁊ diuina gratia. cum non acquiescant diuinis īspirationib'. nec īsup sanctis admōitiōib' ⁊ caritatiuis correctionibus quas ab ipsis p̄dicatorib'

alacriter suscipere debuerat. Et quod susceptio talis admonitionis et correctionis. (Et si aspera uideatur) sit cuilibet necessaria ad proficiendum in sacra doctrina et diuina gratia tripliciter probo. Primo auctoritatibus. Secundo ratione. Tertio similitudine.

¶ Primo probo auctoritatibus. Ait enim Hierony. super Amos propheta. Grande peccatum est odisse corripientem: et correctionem non tollerare: maxime cum te non odio: sed amore corripiat. hec ille. Item Salomon Prouer. 4. ait. Audite filij disciplinam patris vestri et attendite ut sciatis prudentiam. Bonum bonum tribuam vobis. Et Prouerbio 15. ait. Stultus irridet disciplinam patris sui: qui autem custodit increpationes sapientior fiet. Et idem dicit. Non amat pestilens eum: qui se corripit: nec ad sapientes graditur. Cor autem sapientis accipiet correctionem. Et Prouer. 12. ait. Qui diligit disciplinam diligit scientiam. Qui autem odit increpationes insipiens est. Item psal. secundo. Apprehendite disciplinam. nequando irascatur dominus et pereatis de via iusta. Et Prouerbi. 9. dicitur. Argue sapientem et diliget te. Qui autem arguere scit arguenti glorificabitur. Et Gregorius libro. 10. Moralium ait. Sicut recti quibusdam que ab eis non recte gesta sunt correctionis vocem ministerium caritatis existimant: sic peruersi contumeliam derisionis. Et philosophus 4. Ethicorum ait. Nequaquam utique cogit magnanimus fugere commonentem. Et Tullius libro de amicitia. Et monere et moneri velle proprium est vere amicitie: et alterum libere facere non aspere: et alterum libere accipere non repugnant. Idem quoque in primo de offi. ait. Ut pictores et hi qui singula fabricant. et veri etiam poete suum quisque opus a vulgo considerari volunt si quid reprehendendus sit a pluribus id corrigatur. sic aliorum iudicio multa nobis et facienda et non facienda: et mutanda et corrigenda sunt. Deniqz Seneca libro tertio de Ira sic dicit. Admoneri et corrigi semper boni gaudent. pessimus autem quisque asperrime patitur correctionem. Ex predictis auctoritatibus patet. Qualiter qui vult proficere et doctrinam dei atque diuinam gratiam et salutem propriam consequi: necesse est ei quod alacriter et libenter suscipiat admonitionem et correctionem ipsius predicatoribus. contra multas mulieres vanas que cum audiunt quod predicator detestatur vanitates superfluas caudas cornua bellettum: et huiusmodi. statim indignantur et se transferunt ad alium predicatorem qui predicta omnia laudat: vel nihil de ipsis tangit: aut stant domi et non volunt amplius ire ad predicationes. Tales omnes diabolus portabit. Hoc idem faciunt vsurarij seu falsi officiales. seu com

cubinarij: qui cum audiunt etiam in genere aliquid quod eos tangat statim per totam quadragesimam predicationem relinquunt. ¶ Secundo hoc idem probo vnica ratione. videlicet bonificationis. Fundamentum rationis ponit philosophus tertio Thopicorum et secundo phisycorum dicens. Cuius finis melior ipsum quoque melius. patet hec regula. Cum enim finis salutis anime sit nobilior fine salutis corporis clarum est. quod dare consilium de salute anime est magis nobile quam dare consilium de salute corporis. Quo presupposito certum est quod si quis corporaliter esset infirmus libenter et alacriter medicinam qualibet amaram assumeret ut corporis sanitatem recuperet. ergo a fortiori cum anima sit nobilior corpore incorporaliter. dicente philosopho. 16. de animalibus. Anima nobilior est omni corpore animatum inanimato. viuum mortuo. ens non ente. Et primo ethicorum dicit. Bona anime maxime sunt bona. Et sexto politicorum dicit. Anima melior est corpore: et anime bonum omnibus bonis. Propter hoc tenetur quisque in infinitum libentius et alacrius suscipere admonitiones atque correctiones quas predicator facit pro salute ipsius anime. Nam tales admonitiones et correctiones sunt quedam spirituales medicine ipsius anime. ¶ Tertio denique probo similitudine. videlicet quod quisque volens proficere in sacra doctrina et diuina gratia tenetur libenter suscipere et non bestialiter seu superbe fugere admonitiones predicatoris. Nam videmus per experientiam quod infirmus qui odit presentiam medici et fugit suam medicinam non recipit corporis sanitatem sed potius mortem incurrit. Econtra si medicum diligit et eius consilia suscipit seu medicinam. licet videantur sibi amara et penosa facere recipit sanitatem. Sic a simili est de anima spiritualiter infirma que si libenter audit predicatorem tanquam spiritualem medicum et suscipit eius doctrinam et admonitionem: faciliter a deo per contritionem recipit sanitatem anime: id est veniam de peccatis. econtra vero si predicatorem odit et eius doctrinam et admonitionem fugit et contemnit: certum est quod incurrit sententiam eterne mortis. Sic enim ait Apostolus ad Romanos secundo. Secundum duritiam tuam et impenitens cor tuum thesaurizas tibi iram in die ire et reuelationis iusti iudicij dei. quod confirmans Augustinus in libro de verbis domini ait. Precipuum et magnum signum diuine reprobationis est correctionem fraternam deuitare. Et Salomon prouerbi. 15. ait. Qui increpationes odit morietur. scilicet secundum glosam triplici morte. videlicet nature: gratie: et glorie. Et Prouer. 29. ait. Uiro qui corripientem se

dura ceruice contemnit: repenti nus superueniet interitus. Et Sapien. tertio dicitur Sapientiam enim & disciplinam qui abijcit infelix est: & vacua est spes illorū: & labores sine fructu: & inutilia opera illorum sunt. hec ibi. Et ideo in figura Exod. quarto ca. loquitur. Qd Moyses pijciens virgam id est correctionē in terram i. in terrenis hominib᷒ versa est in colubrum. quia scilz qui has corectiones non suscipit: in futuro a serpentib᷒ infernalib᷒ deuorabitur & punietur. Ex predictis auctoritatib᷒: ratione: & simile: patet sexta dispositio necessaria ad suscipiendam diuinam doctrinam. & per consequens diuinam gratiam que dicitur dispositio susceptionis.

¶ De septima dispositione necessaria ad audiendum doctrinā sacrā q̄ dicitur dispositio operationis.

Septima postremo dispositio ex qua acquiritur salutaris doctrina: & per consequens diuina gr̄a & eterna gloria dicitur operationis seu executionis. vltra predictas oēs dispositiones: quicunq̄ vult proficere in sacra doctrina & diuina gratia. necesse est omnino q̄ habeat executionem. i. q̄ exequatur & operetur ea que ab ipso predicatore operanda intellexit. quoniam sine tali operatione omnes predicte dispositiões omnino essent inutiles tam ad anime salutem: q̄ʒ ad diuinam gratiam & eternam gloriam promerendam. quod quinq̄ modis probo. Primo auctoritatib᷒. Secundo ratione. Tertio distinctione. Quarto similitudine. Quinto exēplo. ¶ Primo probo auctoritatibus. Nam Iac. j. dicitur. Estote factores verbi & non auditores tantum: fallentes vosmetipsos: quia si quis auditor est verbi & non factor. hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis sue in speculo. Considerauit enim se & abijt. & statim oblitus est qualis fuerit. Qui autem perspexerit in lege perfecte libertatis & permāserit in ea. Non auditor obliuiosus factus: sed factor operis. hic beat᷒ i facto suo erit. hec ibi. Itē phus scdo ethi. Virtutes scire parū aut nihil pdest ad felicitatē. & ibidē dicit. Qd nō pscrutamur de virtutib᷒ ut sciam᷒. sed ut operantes boni efficiamur. Et. io. ethi. ait: Nō sufficit virtutes scire nisi quis operetur sm illas. Et io. methaphi. dicit. Ex puatione actus a potētia siue habitu seq̄tur maluʒ qd̄ est bono oppositū. & secūdo ethi. ait: Opārē & nō tm̄ dīscērē laudam᷒: utputa. Edificantes & nō edificatores. & j. ethico. Duplicit̄ ē ratio pōiis & actualis actualis āt ē pfectio hois: sicē bñ citharizās bon᷒ cithared᷒ ē. & sexto ethi. etiam dicit. Prudens non est quis i scire solum: sed in eo q̄ practic᷒ est & operat̄ sm rectam rationē. Itē Beda sup Lu

tam. Scire inquit bonū et nō facere nō pertinet ad beatitudinē: sed ad condēnationem. sicut scriptum est. Scienti bonum et non facienti peccatū est illi. et Grego. nazanzenus in appologia sua ait. Ille mihi videtur esse sapiens: qui pauca de virtutibus deserēs plura vero suaꝝ operationuꝫ auctoritatibus ostendit. Item Sene. in prouer. suis dicit. Nihil prodest facienda didicisse et nō facere. et Matth. 7. Saluator ait. Omnis arbor que non facit fructum bonū excidetur et in ignē mittetur. et Crisost. in quadam omelia dicit. Nam plura scire: neqꝫ plura miracula facere valēt ad salutem. sed tm̄ operatio virtuosa. felicē aīam facit. Denique Grego. in primo dyalogoruꝫ. et transumptiue. 23. q. 4. c. optineri. ait: Ipsa quoqꝫ perhēnis regni predestinatio. ita est ab omnipotente deo disposita: ut ad hanc electi ex labore pueniant: quatenus laborando et orando mereātur accipere quod eis omnipotens deus ante secula disposuit donare. Ex predictis igitur auctoritatibus patet qualiter ad diuinam gratiā et salutem promerēdam inter ceteras dispositiones operatio virtuosa requiritur.

¶ Secundo hoc idem probo in vnica ratione videlꝫ acquisitionis eterne felicitatis. Fundamētum rationis ponit philosophus 10. ethicoꝝ. di. Felicitas est premium virtutis. Quo presupposito certum est ſm eundē philosophū. 7. phisicoꝝ. Quod virtus simpliciter est dispositio perfecti. s. habitus ad optimum scꝫ ad actum. et propterea. 2. ethicorum. dicit. Ad perfectionē virtutis tria requiruntur. scire velle: et operari. Quod si vt patet operatio est de essentia virtutis: clarum est quod si quis non operatur que operanda intelligit. non hꝫ in se perfectaꝫ virtutē: quia sicut dicit. 6. Thopicoꝝ. A quocūqꝫ remouetur diffinitio remouetur et diffinitum. et Cōmentator. 9. Methaphi. ait. Qui tollit a rebus suam propriā operationeꝫ. tollit ab eis suā essentiaꝫ. quod si quis non habet operationem nec per consequens virtutē. Cum igitur felicitas simpliciter sit premium virtutis. concluditur necessario quod talis nō operans que intelligit nunquam poterit beatificare: et eternā felicitatem sibi acquirere.

¶ Tertio hoc idem probo vnica distinctione. s. domini Bonauenture. qui super prohemio primi sententiaruꝫ. q. 1. querit. An sciētia tradatur simpliciter a spiritu sancto pter scire et intelligere tm̄. et Respōdit di. Quod perfectibile a scientia est ipse intellectus: qui tripliciter habet cōsiderari. Primo quantuꝫ ad se. Secundo quantū ad affectionē. Tertio quantū ad opus. Et concludit quod spiritussanctus nō tradit simpliciter scientiam intellectui ut tm̄ intelligat. Sed vt re-

feratur ad voluntatem vt velit & amet quod intelligit: & precipue ut referat ad opus videlicet ut quisqȝ operetur quod cognoscit & intelligit. Ex qua distinctione infert ꝙ nullus vnꝙ est verus theologus: licet sciat omnes conclusiones theologie: nisi velit: amet: & operetur actualiter ex charitate secundum possibilitatē suam omnia que ipsa sacra thelogia demonstrat. hoc idem intelligitur de ceteris omnibus scientijs: & sic patet idem quod supra. ¶ Quarto etiam probo similitudine. operationem fore necessariam ad gratiam & salutē acquirendam. Nam primo de celo & mundo philosophus ait. Quod natura tria exigit ad perfectionē vniuscuiusqȝ rei videlicet substātiam. virtutem. & operationem. quod sic patet: quia si arbor haberet substantiam arboris similiter & potentiam fructificandi: & non fructificaret: vtiqȝ vitupera bilis foret. ꝙ si natura requirit operationem in rebus naturabilibus: a fortiori diuina gratia & eterna gloria requirūt. ꝙ quisqȝ actualiter in se habeat spirituales & materiales operationes. Similiter & medicus. vt dicit. j. & . 2. Metha. Non dicitur medicus simpliciter propter scire & speculari. sed simpliciter propter operari. seu practicā exercere. quia iste est finis principalis. propter quem talis sciētia acqrit. Quod confirmans philosophus. 3. de anima dicit. Finis in operabilib' est quasi principium: & licet sit vltimum in executione: tamen est primum in intentiōe. Quod sic patet. Nam scientia medicine nihil prodesset ipsi medico ꝙtum ad lucrū. nec insuper ipsi egroto ꝙtum ad sanitatem: nisi practice actualiter exerceret. que scientia docet exercenda: ergo a simili est de anime sciētia: nihil prodesset ei talis sciētia ad salutem. Similiter etiam videmus ꝙ parum prodesset mulieri videre seu intelligere maculam faciei sue in speculo. nisi actualiter eaȝ abstergeret. ergo a simili parum prodesset anime per sacram doctrinā cognoscere & intelligere maculas peccatorum suorum nisi eas actualiter elemosynis. contrictione: confessione: atqȝ satisfactiōe purgaret: & abstergeret. ¶ Quinto deniqȝ probo exēplo operationem fore necessariam. Nam videmus ad oculum: ꝙ quando aliquis rex: vel dominus facit fieri bandum quo districte mandantur ut fiant alique exactiones: uel alia huiusmodi: statim omnes aut amore aut timore conantur sine mora actualiter opere complere omnia quecunqȝ precepit rex fore adimplenda. Et hoc ideo faciunt: ne perdant gratiam regis: seu ne incurrant in maliuolentiam sui. ꝙ si hec faciūt mūdani pro mundanis dominis. a fortiori quisqȝ verus xp̄i seruus & fidelis tenet

actualiter implere ꝛ facere omnia que xp̄us precipit faciēda: ꝛ hoc ne incurrat sententiā sue maledictiōis: q̄ in extremo iudicij die. prout habetur Matth. 25. daturus est di. Discedite a me maledicti in ignem eternum. qui paratus est diabolo ꝛ angelis eius. Et insuper se debent in operibus virtuosis exercere. ad hoc vt sibi acquirant diuinam gratiā. Et insuper obtineant paruā benedictionem: quā idem xp̄us in eadē iudicij die. vt habetur Matthei 25. bene operātibus daturus est. dicens. Venite benedicti patris mei possidete regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Et sic ex predictis auctoritatibus ratione: distinctione: similitudine: atq; exemplo patet septima dispositio necessaria ad suscipiendum diuinam doctrinā ꝛ diuinam gratiaꝫ que dicitur dispositio executionis. Et per consequens patet etiaꝫ. scd̄s respectus quo faciliter quisq; poterit percipere remissionem peccatorum ꝛ diuinam gratiam in quadragesima futura. In quo respectu septem dispositiones mōstrate sūt necesse ad salutem ꝛ diuinaꝫ gratiam promerendam. Quas oēs dispositiones simul cum gratia ꝛ salute vobis ꝛ mihi elargiri dignetur ipse largitor salutis ꝛ gratie dominus Jesus. qui in trinitate perfecta viuit ꝛ regnat deus per infinita secula seculorum amen.

¶ Feria quinta post dominicam septuagesime de triplici respectu principali. videlicet influxionis diuine clemētie quo apparet quod quisq; faciliter saluari potest. Sermo qntus.

Fides tua te saluaꝫ fecit. Luc. 7. Postq̄ declarauimus duos respectus principaliores ex quibus maximam fidem firmamq; spem habeo: q in quadragesima futura ꝛ diuinā gratiam ꝛ peccatoꝝ remissioneꝫ accipietis: tuꝫ deo propitio ex nostra instructione: tuꝫ respectu optime dispositionis vestre volens ordinate procedere: habeo nunc in spē declarare tertiū respectuꝫ: quo credo firmiter ꝛ spero in proxima quadragesima vos ꝛ gratiā dei: ꝛ peccatoꝝ remissionē faciliter consecuturos. Qui di respectus diuine influxionis. seu respectus diuine clementie atq; misericordie. Pro cuius respectus declaratione loco exordij dico: q deus quantum est in se generaliter vult cōmunicari ꝛ cōmunicabit omnibus nobis tam diuitibus q̄ pauperibus: tam nobilibus q̄ ignobilibus: tam magnis q̄ pusillis: taꝫ masculis q̄ mulieribus gratiam suam gratuꝫ facientem: ꝛ insuper plenariam oium

peccatorum remissionem. deus quantū est in se velit oībus nobis. Et ꝙ generaliter concedere ꝛ hoc impertiri quadrupliciter probo. Primo auctoritatibus. Secūdo rōne. Tertio distinctione. Quarto exēplo. ¶ Et primo probo auctoritatibus. Nā apo. primo thi. 2. ait. Deus vult oēs hoīes saluos fieri ꝛ ad agnitionem sue virtutis venire. Et 2. pe. 3. Petrus ait. Non vult deus aliquos perire: sed oēs ad penitentiā conuerti. vbi glo. qua s. mediate quisqꝫ saluaṭ. Et Apo. prio Thessalo. 4. ait. Hec est volūtas dei sanctificatio nr̄a. Dyo. aūt li. de di. no. ait. Sicut noster sol non ratiocinans: neqꝫ eligēs equaliter diffundit radios suos i corpora īferiora: sic sol iustitie diffundit radios oēs bonitatis sue. Salomon ēt Sapieñ. xj. ait. Diliges oia que sūt ꝛ nihil odisti eorum que fecisti. Et Sapieñ. 6. dicit. Pusillū ꝛ magnū diligit deus: ꝛ est ei eq̄liter cura de oībus. Deniqꝫ Ysa. 55. Generaliter vocat oēs ad gratiam suam dicens. Omnes sitientes venite ad aq̄s. scꝫ gratie mee ꝛ qui nō habetis auꝝ ꝛ argentum properate emite ꝛ bibite. Et eccł. 24. oēs etiam inuitat di. Transite ad me oēs q concupiscitis me ꝛ a generationibus meis: videlꝫ grē mee adimplemini. Et Matth. xj. dicit. Uenite ad me oēs q laboratis ꝛ onerati estis ꝛ ego reficiam vos. s. gratia mea. ¶ Secūdo etiā probo vnica ratione. vꝫ obiectiōis. ꝙ. s. deus generaliter vult grātotam suam oibus impṫiri. Fundamentum rōnis ponit ph̄s sententialiter. 2. de aia di. Quelibet potentia hꝫ propriū obiectum ꝛ adeq̄tum a quo non pōt diuerti. patet hec regula. Nā adequatū obiectum potentie visiue. vt dī. 2. de aia. est color. Et ideo naturaliter potentia visiua non pōt se diuertere quin appetat videre actualiter spēm pulcherrimā ꝛ coloratam: hec idē faciunt naturaliter oēs alie potentie hoīs sensitiue. Similiter cū obiectū potētie volitiue sit beatitudo eterna: prout ponunt oēs theologi. in. 4. dist. 49. ꝛ di. 50. Hinc est ꝙ etiā ipsi dānati non possunt facere qn naturali appetitu ipsam appetant ꝛ desiderent. Quo supposito peto qđ est obiectū ꝓpriuꝫ ꝛ adeq̄tum volūtatis diuine: ꝛ certū est qđ ē sua bonitas: a quo obiecto deus nequaꝗ̄ se pōt diuertere. qꝛ non pōt nō velle omne bonū: sed cuꝫ dare grām nō tm̄ vni: sed oībus sit quedā bonitas. ergo p̄ oīs nō pōt deus dimittere: ꝗ̄tum in se est quin det oībus gratiam suam affluenter. ꝙ si vni simpliciter ꝛ nō alteri gratiā dare vellet. cum talis cōmunicatio bonitatis esset pticularis ꝛ ñ vniuersalis: vtiqꝫ volūtas humana. q̄ hꝫ Tho. scda scđe. q. 2. ar. 1. ꝛ hꝫ ph̄m. 2. Methe. Que hꝫ pro obiecto bonuꝫ vniuersale pfectior esset volūtate diuina: q̄ simpliciter respiceret in

cõmunicatione sue gratie bonuȝ particulare. Sed cum sit falsissimũ ꝙ humana voluntas sit perfectior voluntate diuina: ideo si voluntas humana respicit bonũ vniuersale. ergo a simili minio a fortiori diuina volũtas ꝗ̃tum in se est vult omnibus gratiam suam cõmunicare. ¶ Tertio ẜ ideȝ probo distinctione dñi Bonauenture in. 4. dist. 17. arti. j. q. ij. Et in. 2. di. 27. ar. 2. q. 3. di. Cũ querit an faciẽtib⁹ ꝙ in se est deus omnib⁹ gratiã suam largiat necessario. Rñdit ꝙ duplex est necessitas. scȝ coactionis: ⁊ hec non cadit in deum: nec hac necessitate tenetur deus alicui gratiã suã dare. Alia est necessitas seu obligatio mere pactionis ⁊ sponsionis: qua ex sua mera benignitate spopondit: pepigit: atqȝ promisit: omnib⁹ facientib⁹ quod in se est gratiam suam se daturuȝ: sicut promisit Abraam Genes. 15. c. di. Ego sum protector tuus ⁊ merces tua magna nimis. nimis scȝ per gratiã ⁊ hac secunda necessitate necessario vult deus: ⁊ immutabiliter gratiam suã omnib⁹ exhibere. ¶ Quarto denicȝ etiã probo similitudine. qualiter deus vult ꝗ̃tum in se est omnib⁹ gratiam dare. Nam. 8. Ethicoꝝ philosophus ait. Generantis ad genitum naturalis est amicitia: patet q: naturaliter omnes genitores nõ tantũ rationales: sed etiam irrationales: filios suos fouent ⁊ nutriunt: ⁊ eis necessaria impẽdũt. ⁊ ꝓpter hãc naturalẽ amicitiã filius prodigus. ut habetur Luc. 15. quãuis dissipasset cum meretricibus omnẽ substantiã: tamen a patre dulciter est susceptus. ꝙ si parẽtes supradicti cõmunicationẽ sue gratie ⁊ voluntatis naturaliter omnibus filijs semper impendũt: a fortiori deus ipse qui est pater omniũ hominum. Ipso dicente Matthei. 23. Unus est pater vester qui in celis est quem omnes orare iubet. Matthei. 6. di. Cũ orabitis dicite: pater noster qui es in celis. gratiã suam omnib⁹ cõmunicabit: cũ sit cunctis genitorib⁹ in charitate perfectior: qḋ bene ipse saluator promittit se facturũ. cum Matth. 5. di. Estote pfecti. s. in cõmunicatõe vre gratie ⁊ bonitati. sicut pater vester celestis pfectus est: qui soleȝ. s. o facit super bonos ⁊ malos: ⁊ pluit. s. gratiã suã super iustos ⁊ iniustos. Ex predictis igitur clarissime patet ꝗliter deus vniuersaliter vult oib⁹ gratiã suã impertiri. Et quoniã ẜm Aristotelẽ ab effectu cause cognoscunt. vt patȝ primo ⁊ scḋo posterioꝝ. Quia ex fructib⁹ cognoscit arbor esse bona vel mala: seu sterilis: ⁊ fructifera. prout ait Saluator Matth. 7. c. Idcirco vt possitis clarius ⁊ euidentius cognoscere: ꝙ deus noster omnipotens ⁊ gloriosus vult nobis omnib⁹ largiri salutẽ ⁊ gratiam suã accipite inter ceteros septẽ spũales effect⁹

diuie clemētie: qđ euidētissime apparebit sicut pdixi. qualiter gratiam suam & salutem vult deus ipse liberaliter vobis concedere. Quorum.

¶ De septem effectibus diuine clemētie & p̄rio de duob' p̄mis.

¶ Primus dicitur effectus preseruationis.

¶ Secūdus dicitur effectus purificationis.

¶ Terti' dr̄ effectus intētionis.

¶ Quartus dicitur effectus custoditionis.

¶ Quintus dicitur effectus institutionis.

¶ Sextus dicitur effectus concessionis.

¶ Septimus dicitur effectus intercessionis.

sup. xi. Metb. et ad litam. Natura nihil agit et opat nisi mota a supioribus causis: pz. Naz ignis et si habeat formā suam. tñ nō potest p se aliquid calefacere nisi p motū corpoꝝ supioꝝ. dicēte pho scđo đ celo et mū. Ignis sine supiori agēte qđ ē celū: veteri⁹ agit q̄z istrm̄ artificis sine artifice. hec ibi. Exēplifica đ ceteris. put vis Qđ si sic ē de nālibus q nō exeunt etiā in opationes naturales sine influentia celestiū corpoꝝ: ergo a fortiori sm̄ Tho. j. 2. q. iij. ar. j. dicēdū est de spūalib⁹ q2 vz non pōt qs deū vere cognoscere nec vere diligere nisi p actum fidei et charitatis supnālem. Preterea videmus q sacerdos qtumcūqz bon⁹ nō pōt p se ascēdere ad dignitatē epatus sine spāli gr̄a pape. Nō igitur a simili putet quisqz ascendat ad eternā gloriam nisi ex speciali gr̄a diuine maiestatis. qđ ɔfirmās Ans. lib. j. de gr̄a et lib. ar. dič. Sič t̄ra spinas et tribulos. et quasdaz herbas non necessarias p se germinat vite vero necessaria non sine semine seminantis: sic hō p se potest germinare vana et noxia: ea vero que sunt salutis nō pōt sine semine diuine gr̄e. hec ille. Et ibidē pōit aliā similitudinē dicēs Gratia et liberꝝ arbitriū ita se habent ad ea que sunt salutis. sicut pater et mater ad prolem. vnde sicut sine patre et matre proles non potest nasci. ita sine gratia et libe. arbi. hō nō potest bn̄ opari et saluari. Ex q̄ etiā similitudine pz. qualiter est ipossibile q qs p se pducat actū meritorium et supnālez sine spāli gr̄a dei. ¶ Quinto deniqz hoc idem pbo vnico exēplo. vz apli pauli ad Ro. 7. di. Ego carnalis sum venūdatus sub pctō. Qđ enim operor non intelligo: non eniz qđ volo bonum hoc ago: sed quod odio maluz h facio. Et subdit dicens. Uideo autē aliā legez in mēbris meis repugnātē legi mētis mee et captiuantē me in lege peccati: que est in membris meis: infelix ego hō quis me liberabit de corpe mortis huius. Gratia dei per dn̄m nr̄m iesum xp̄m. hec ille. Quo exemplo pz simł cum pdictis auctoritatibus: rōnibus et distinctionibus: atqz similitudie. q sicut paulus non poterat act⁹ meritorios pducere sine speciali gr̄a dei: sic a simili ipossibile est q aliquis aliquādo pducat aliquez actū intrinsecū vel extrinsecū meritoriū et supnālez: nisi de⁹ spāliter inspiret stimulet et inducat ipsum ad hoc faciendum: et p consequens ex predictis pz tertius effectus diuine clementie: q quo clare cognoscitur q deus oibus ɔtrum in se est vult gratiaz dare. q dicit effect⁹ iductiōis.

¶ De quarto effectu diuine clemētie q dicit effect⁹ custoditiōis.

Quartus effect⁹ diuine clemētie quo clare cognosci pōt q oipotēs et gliosus de⁹ vult oibus gr̄ā i se ē suā gr̄a

de custodia Angelorum.

tiā et eternam gloriā impertiri: dicitur effect' custoditionis: vz angelor. Uidēs eni de' q, ppter origialē culpā. sicut hētur Gen. 6. Sēsus et cogitatio cordis humani in malum prona sunt. Et vidēs insup q, magna est demonis malitia que studet sp hoies inducere ad peccandū: ne gloriā cōsequant ex humilitate q̄ ipse pdidit ex supbia. et insup querit iugiter: et paruos et magnos homies seducere: et in peccati mortem tradere: eo q, ut dicit Job. 41. Nō est potestas super terram que cōpetur ei. hinc ē q, p clemētiā suā vnicuiqz hominū dedit angelū vnum in custodiā qui protegat et defendat eū a manib' et ptāte demonis et qui eū iugiter inspiret ne cadat in malum culpe: et si ceciderit inducat eū ad resurgendum: et si resurgere noluerit pter libe. ar. facultatem saltem eum preseruet ne totiens cadat i peccatū quotiēs caderet. si solus sine eius custodia persisteret. Et insuper angeluz dedit. ut promoueat hominem ad bonum: et faciat eum pficere in virtutib' et diuia gratia: propter hec tria igitur. videlicet propter ptectionē a demone. propter inductionem ad bonuz. et propter preseruationez a peccatis. voluit diuina clemētia cuilibz angelū dare i custodem. qd quadrupliciter probo. Primo auctoritatib'. Secūdo rōnib'. Tertio difficultatib'. Quarto exēplis. ¶ Primo p-

bo auctoritatib'. Nā pphēta dic. Angelis suis deus mandauit de te: vt custodiant te in oībus vijs tuis. Et Saluator Matthei. 18. dicit. Uidete ne contēnatis vnū ex his pusillis qui in me credūt: dico enim vobis qz angeli illoz semper vident faciē patris nrī q in celis est. Itez Ysa. 62. dicitur. Super muros tuos hierusalem cōstitui custodes. Ubi Glosa dicit. Muri sunt apostoli: custodes vero sunt angeli. Itē Ecclesiast. decimooctauo dr. In vnamqzqz gentem preposuit rectorē. Glo. i. angelum Et Hieronymus sup illud Matthei decimooctauo. Angeli eoruz zc. ait. Magna dignitas est aiarum. vt vnaqueqz ab ortu natiuitatis sue habeat angelum ad sui custodiam deputatum. Et Apoc. vicesimo. Joā. ait. Uidi angelum descendentez de celo habentem clauem abyssi et cathenam magnā: idest potestatem in manu sua: et apprehendit dracon m serpentem antiquum qui est dyabolus et sathanas. et ligauit eum: idest eius potestatem impediuit. vt nō tentaret q̄tum vult tentare. s. vsqz ad casū. Unde et glo. dicit q, potestas dyaboli ligatur a deo principaliter. sed ab angelo et hoie sancto istrumētaliter inquantuz angeli et sancti hoies virtute dei demonem artant et expellunt. Deniqz apostolus ad hebre. j. ait. Oēs sunt administratorij spiritus missi propter eos q hereditatē capiunt salutis.

Que verba declarans sanctus Bonauētura in scđo. di.10.ar.j. q.scđa.i corpe.q.dic̄. De missione oīuz angelorꝝ est distinguēdū. Est eniz missio exterior que ē ad nos. Et est missio interior que est ad angelos: sed propter nos. Si de missiōe exteriori loquamur. sic nō cōpetit oībꝰ angelis actualiter ad nos venire ꝛ nos custodire: quia vt dicit Dyoñ. Agmina supremorꝝ angelorꝝ q̄ pemmanēt ꝛ assistūt in cōspectu dei: vsuz exterioris officij cōiter nunq̄ exercent. ꝑpter qđ paulꝰ nō intellexit de missione exteriori. Si aūt intelligamꝰ de missione interiori: q̄ est ad angelos ꝑpter nos: sic mitti cōpetit oībꝰ angelis: quoniam supiores mittunt ad medios ꝛ medij ad infimos. dū reuelādo eos illūināt ad ea que nostre saluti expediūt. Hec Bonauentura ad litterā. Ex ꝑdictis auctoritatibus patet qualit̄ diuina clemētia cuilibet dat angelū vnum in custodē: ꝛ vltra hoc ceteros oēs angelos nostros facit contra demonē adiutores. ¶ Secūdo hoc ꝓbo duplici ratione. Primo rōne cōtrarietatis. Secūdo ratione charitatis. ¶ Primo ꝓbo ratione cōtrarietatis. Fundamētuz rōnis ponit phs scđo de celo ꝛ mūdo. di. Si vnū cōtrariuz ē in natura. igit̄ ꝛ reliquū. pꝫ hec regula. Nā si repit̄ albuz ergo ꝛ nigrū: ꝛ si dulcedo ergo ꝛ amaritudo. Et si lux: ergo tenebra. Et si maluz: ergo bonū. Sic eni dicit̄ Eccl.33. Cōtra maluz est bonū. Quo ꝓsupposito certū est: q deus dedit hominibꝰ malos demones ad tentanduz. dicēte apo. ad Eph. vltimo. Nō ē nobis colluctatio aduersus carnē ꝛ sanguinē: sꝫ aduersus pricipes ꝛ potestates: aduersus mūdi rectores. i. demones tenebrarꝝ harꝝ. Nō si sic ē ergo a fortiori debet nobis dare suuz oppositū. vꝫ angelos ad custodiam: quod si nō faceret vtiq3 natura in hoc deo ꝑfectior eēt: q̄ si dat vnuz cōtrariuz: prebet ꝛ reliquuz. Sꝫ cū hoc sit impossibile q natura naturata sit ꝑfectior natura naturāte. ergo necesse ē cōcludere. q deus ex quo dat angelos malos ad tentandū det etiā cuilibet angeluz bonum ad eis resistēduz. Et tāto magis credit̄ q dat: q̄to deus ē pnior ad miserēdū ꝛ saluādū q̄ ad puniendū ꝛ damnādū. Et nota fm Alexanđ. de ales in secunda pte summe. q.9. q deus dupl'r hominez custodit. Uno modo immediate per seipsuz grām infundendo: ꝛ ad glīam deducendo. Alio modo mediante. s. p angeluz ad grāꝫ ꝛ glīam hominē disponendo. vt verbi gratia. Sicut enim in artificialibus alia est causa disponens ad formā. ꝛ alia inducens formā: patet. Nam ignis disponit ad formā cultelli mollificando ferrum. ꝛ artifex vel principale agens formaꝫ cultelli inducit. Sic angelorꝝ est officium homines ad grāꝫ ꝛ gloriā ꝑparare:

p illuiatione intellect⁹ ꝛ inflāmationē affect⁹: q̄ erga nos instīalit operant. Sȝ dei est vt pncipalis agentis ꝛ custodiētis vltimā pfectionē hāc dare. s. gfam piungētē nos gr̄e cōseruante ꝛ fini vltimo. s. glorie. Et licet magna sit ptās oiuȝ demoniuȝ ad tentāduȝ hoieȝ: licet nō patiat deus hominē tētari supra illō qō pōt: tamē maior q̄si in infinituȝ ē ptās solius boni angeli custodiētis hoieȝ: intellige p grāȝ non p naturā: q̄ simul sit ptās oium demonum. ¶ Scdo hoc idē pbo rōne charitatis. q vȝ deus p clemētiā suam dat cuilibet angelum in custodē. Fundamētum rōnis ponit phs scdo de aia. ꝛ. 7. Metha. ꝛ etiam Auctor li. vj. pncipioꝝ di. Forma ē q dat eē rei qua ablata nō ē res: pȝ hec regula. Nā petrus dicit eē hō p suaȝ formā simul cū corpe cōiunctā q̄ forma bm phm de anīa ē ipsa aia rōnalis. Sed posito q hec forma. s. rōnalis aia sepet a corpe iā corpus illud p se; nec insup aia sepata poterunt amplī⁹ appellari petrus vel hō. dicēte pho. 4. Meth. Hō mortu⁹ nō est hō nisi equoce. Simi'iter dom⁹ tāto dicit dom⁹ eē: q̄to in ea remanet forma dom⁹. sed cuȝ fuerit destructa ꝛ totaliter ruinata non ampli⁹ vocabit dom⁹: sed magis lapides: cementum: ꝛ lignū. Quo supposito certuȝ est q caritas sola ē qdā formis oium virtutuȝ nō formaliter pficiens subiectum. sed simpliciter totum cōpositum. s. hoiem: ꝛ ad debituȝ finē pducēs. sine q̄ forma. i. caritate nulla virt⁹ pōt dici vera virtus cuȝ finē ppriuȝ nō attingat. Nō cōfirmās Inno. tertius ex de renuntia. c. nisi cuȝ pridē. §. qppe ait. Quippe si quantocunqȝ virtutuȝ flore refulgeas: ꝛ in te nō habes charitatē: nihil cōprobaris habere. hec ibi. q si sic est: q. s. charitas ē pfectio cuiuscunqȝ rei pcipue intellectualis. claꝝ est q cū deus vt dicit primo Jo. 4. Sit qdā charitas eēntialis debuit potissime ex lege charitatis vnicuiqȝ homini angelum bonum mittere in custodiam. quoniam secundum Bonauentura in secundo. di. 10. ar. 1. q. j. in corpore. q. Talis missio concordat charitati diuine: charitati angelice: ꝛ charitati humane. ¶ Prio dico q talis missio cōuenit charitati diuine: quia in hoc manifestat diuina bonitas: que tantum nostram salutem diligit: dum nobilissimi spiritus qui ei intima charitate iungunt dirigit ꝛ trāsmittit ad pcuranduȝ salutē nostrā. ¶ Scdo hoc etiā cōpetit charitati angelice. Cuȝ enim charitatis ardētis sit desiderare alioꝝ salutē: ꝛ angeli possint nos iuuare. p eo q vident nos suo auxilio indigere: ꝛ malos angelos nos indesinēter impugnare. ideo q ad nos mittat lex exigit charitatis angelice. ¶ Tertio deniqȝ bꝫ etiā cōpetit charitati hūane. q qm paruula ē q̄diu sum⁹ in via idiget fa

ueri: nutriri: et excitari: et quoniam angeli sunt conciues hoibus: cum non sint eis coniuncti p similitudinem nature: que excitat ad amorem. ideo oportuit eos iungi per obsequium beneficentie. Et sic ex predictis rationibus patet: qualiter deus congrue prebet cuilibet homini bonum angelum contra malignos hostes ad custodiam. ¶ Tertio hoc idem probo distinctionibus. Nam Bonauentura in secundo di. xj. in questionibus circa litteram. q. j. querit. An ab ortu natiuitatis: anima cuiuslibet pueri: dato quod non sit capax discipline et non possit mereri vel demereri: debeat habere bonum angelum ad custodiam deputatum: Et respondit di. quod sic. et non tantum ei competit angelus in natiuitate que est extra vterum: sed etiam in natiuitate que fit in vtero: cum scilicet anima de nihilo creata corpori coniungitur: ex tunc enim et non ante debet angelica custodia circa eum qui nasciturus est deputari: quia illa custodia principalius respicit spiritum quam corpus: et ideo non debet specialem angelum in sui custodiam habere: antequam spiritus infundatur. Non debet etiam differri: quia extunc defendere potest: et adiuuare: magis tamen et magis: secundum diuersa tempora. Dum enim est in vtero paruulus potest iterum occidi et damnari. dum est extra vterum ante adultam etatem potest baptismate impediri. Dum vero est in adulta etate ad diuersa potest pertrahi peccata. Contra hec omnia in his tribus statibus debet sibi angelica custodia deputari: vt per eam ab his malis possit paruulus ab aduersario erui et defendi quamdiu careret vsu rationis. hec ibi ad litteram. Aliam distinctionem ponit idem Bonauentura in secundo. di. xj. ar. j. q. xj. in corpore. q. dicens. Cum queritur an sit competens angelum ad custodiam hominis deputari. Respondeo quod sic: quia et si angelus per hoc in multis ei prosit et subueniat. specialiter tamen ad hoc deputatur: vt ab inuisibili aduersario eum defendat. Et quia aduersarius vndique nos impugnat. Nam rationem seducit per astutias. voluntatem allicit per blanditias. virtutes opprimit per violentiam. ideo bonus angelus ad hoc nobis datur: vt hominem defendat ab oppressione contra violentiam: vt hominem erudiat et illuminet contra fallaciam: vt hominem incitet ad bonum contra blanditias. vt hominem inflammet ad diuinum amorem contra pigritiam et sensualitatem. hec ille. Et nota quod angelus tante est charitatis quod nunquam subtrahit ab homine peccatore etiam ab ipso antexpo: qui sicut nos bonum angelum in custodiam habebit: custodie beneficium. Et rationem assignat sanctus Bonauentura in secundo. di. xj. ar. 2. q. 2. di. Pronior est bonus angelus ad iuuandum quam malus angelus ad perdendum. Sed clarum est quod malus angelus hominem quantumcunque sceleratum non derelinquit vsque ad mortem. ergo a fortiori nec bonus ange-

sus hominē q̄ntumcūq3 sceleratū
⁊ obstinatuz nō derelinquit vsq3
in finē. Est tamen sciendum ſm
eundē Bonauen. eo. ar. sed q̄one
prima. q̄ duplex est effectus an-
gelice custodie in homine obsti-
nato. vnus respectu boni acqui-
rendi: augendi: ⁊ p̄seruandi. Ali
us respectu mali vitādi: diminu
endi: ⁊ deserēdi. Quātuz ad pri
muz effectū deserit angel' obsti-
natū. S3 nō quo ad secūdū: ideo
semp incitat ⁊ mouet ⁊ illuminat
intellectū interna inspiratione ut
maluz relinquat. hec Bonauētu
ra. Ex predictis igif distinctioni
bus patet qualiter diuia clemētia
dat cuilibet hominuz angeluz q
euz custodiat ⁊ defendat ab ini-
quo hoste. ¶ Quarto dēiq3 hoc
idez p̄bo exēplis. Primuz exē-
pluz quasi datur angelus ut nos
defendat ab hoste. habef Tho. 6
vbi legif q̄ angelus raphael p̄ser
uauit tobiā minorē a demone ne
demō in cōiugio euz suffocaret:
sicut suffocauerat ⁊ occiderat sep
tē alios viros impudicos duz cū
Sara filia Raguelis vxore eoz
carnali copula vterēf. Nā docu
it euz angel' vt p tres noctes sta
ret in orone ⁊ in timore dei si-
mul cuz Sarra quā in vxorem
acceperat: ac post modum causa
generāde prolis simul commisce
renf. Cuius consilio cuz fidē pre
buisset incolumes a malignitate
hostis preseruati sunt. Aliud ex-
emplum qualiter angelus non
tm̄ preseruat a demone: sed insu-
per preseruat a peccato p̄petrān-
do. ponif numeri. 22. Ubi legif
q̄ cum Balaam corruptus mer
cede p̄cederet super asinā ad ma
ledicenduz populo israel: statim
apparuit ei angelus cum gladio
euaginato dixitq3 sibi. Ecce ego
veni vt aduersarer tibi q2 puer-
sa est via tua retrocede. ⁊ nō ire.
quod ⁊ fecit. Quo exemplo etiā
patet qualiter angelus illuminat
omnes ne peccent. ¶ Aliud ex-
emplum ponitur figuratiue Ge
nes. 19. vbi legif. q̄ cum angeli
vellēt ignez mittere in sodomaz
⁊ gomorrā dixerunt ad loth co
gentes eum exire. Tolle vxorez
tuam ⁊ duas filias quas habes:
ne ⁊ tu turpiter pereas. Et sub-
dit. Dissimulante eo apprehen-
derunt manuz eius ⁊ manū vxo
ris ⁊ filiaz eius: ⁊ eduxerunt eū
extra ciuitatē. Scd'z istuz modū.
Angeli boni peccatores subleuāt
a peccatis. Moraliter eniz per
loth significaf ratio p vxorē ca-
ro: p duas filias cogitatio ⁊ affe-
ctio peccati. cogūt q̄ angeli spi-
ritum vt exeat a sodomis. vo-
luntati suadent vt tollat vxorem
i. carnē a peccati consuetudine. ⁊
duas filias. i. cogitationē ⁊ affe-
ctionē abstrahat a peccato. Sed
dissimilantib' nobis monitionē
⁊ inspirationē angelicā. multoti-
ens inferūt: q̄si vim ⁊ apprehen
dūt manuz eius p̄bentes adiuto-
riuz voluntati spiritus ac manū
vxori prebētes auxilium carnis
fragilitati ⁊ cogitatiōi: ⁊ affectio-

ni: que sunt q̄si due filie ad exeun-
dum de peccato. Denique qualiter
angelus excitat affectum conso-
pitū ad bene operandum habe-
mus figuraliter exemplū. Actu.
12. vbi dicit. q angelus dn̄i asti-
tit et lumen refulsit in habitaculo
carceris percussoque latere petri ex-
citauit eum dicens. Surge ve-
lociter. moraliter petrus dormiens
est homo ad bene operandū ne-
gligens due cathene sunt proni-
tas ad malū et difficultas ad bo
num. Et ideo sic hoiem excitatū
percutiunt angeli ei mittendo ti
morem in corde. Ideo dicit q eum
percussit in latere. i. ad volunta-
tem excitandū ad bonum opus.
Ex predictis itaque rationibus: au
ctoritatibus: distinctionibus: atque
exemplis: patet qualiter diuina cle
mentia exhibet cuilibet homini no-
bilissimū angelum qui eū ab ho
ste defendat: et ad bonum iugiter
inspiret et inducat: cui debemus
consentire. quia vt dicit Luce. 15.
Gaudium est angelis dei super
vno peccatore. etc. Sup que ver
ba Ber. ait. Curramus oēs ad
deum non passibus corporis. sed
affectuosis desiderijs atque suspi-
rijs cordis: quoniā non solū an-
geli: sed etiā angelorum creator
nos expectat: Expectat nos de'
pater tanquam filios et heredes vt
cōstituat nos super oīa bona sua.
Expectat nos dei filius tanquam fra-
tres et coheredes: vt fructū sue
natiuitatis et preciū sui sanguinis
participemus. Expectat nos. s.
s. ipse siquidem est bonitas et be-
nignitas in quo ab eterno prede
stinati sumus: nec dubiū quin
predestinationē suam ad impleri
velit. Ergo quia tota celestis curia
simul cū sanctis angelis nos ex-
pectat et desiderat: desideremus
eam nos et curramus ad eā quā-
to possumus desiderio. hec ille.
Et sic etiā ex predictis patet quar-
tus effectus diuine clemētie: qui
dicitur effectus custoditionis: quo cla
re cognoscitur q deus vult oēs sal
uare: et oibus mediante custodia
suorū angelorū eternā beatitudi-
nem ipendere: quā nobis in p̄sen-
ti concedat per gratiā rex angelorū
Iesus xp̄us dominus noster. et
in futuro per gloriā. Qui viuit et
regnat deus per oia. s. s. Amen.

¶ Sabbato post dn̄icam septua-
gesime. Sermo septimus.

f Ides
tua te saluam
fecit Luc. 7.
Illa i mensa
ineffabilis et
infinita atque
eterna sapientia oipotentis dei q
de nihilo mundus factus regit
et gubernatur. preuidit ab eter-
no loquēdo per similitudinē. q sic
non sufficit infirmo corporaliter
simpliciter. vti doctrina et sciētia
medici ad hoc vt sanitatem reci-
piat: sed insup querit q per me-
dicū actualiter detur egroto ali
qua materialis medicina. Sic et

a simili. nō sufficeret ad salutem aiarum angeloꝝ custodia inspiratio atq̧ illuminatio: nisi etiam actualiter dareł ipsis aialibus aliquod speciale remediuz. seu aliq̃ spūalis medicina tanq̄ sūme necessaria. Hinc est q̄ p ꝯsiliuz suuz ineffabile decreuit humano populo pp diuersa peccata spūaliter infirmo aliqḋ salubre remediuz exhibere quo facilius ⁊ ab omni spirituali infirmitate sanareł: ⁊ insuper facilius vitare posset spirituales infirmitates diuersoꝝ peccatoꝝ. Propter hoc igił nō inmerito diuina clementia ordinauit q̄ septē ecclesiastica sacra instituerenł: que vz sunt: Baptism⁹: Confirmatio Extrema vnctio: Eucharistia: Penitētia: Ordo: ⁊ Matrimoniuz. Quoꝝ oium sacramentorum virtutem ⁊ efficaciam in sequenti domino dante. patebit quinto effectu.

¶ De tribus vltimis effectibus diuine clementie ⁊ primo de. 5. q dicitur effectus institutionis.

Quintus igił effectus diuine clemētie: quo clare cognosci pōt q̄ oīps ⁊ gloriosus deus vult oībus grāz suā ⁊ eternā gloriā impēdere: dicił effectus institutiōis. vz sacramētoꝝ. Sicut eni in ꝓhemio predictuz est diuina clementia. ppter aiarum salutē voluit istitui sacra ecclesiastica tanq̄ summe necessaria nobis ad grām ⁊ gloriā acquirendā: que necessitas tripliciter probatur. Primo auctoritatibus. Secūdo rōnibus. Tertio distinctionibus. Primo pbatur auctoritatibus. Nā Dyo. c. j. Angelice hierarchie. ait. Neq̧ eniz aliter possibile est nobis suplucere diuinū radiū nisi varietate ⁊ deco: ⁊ diuoꝝ velaminū. i. sacramentoꝝ anagogice circūuelanduz nos. hec ille. Itez Ber. in suis sentētijs dicit. Sacramenta nob a deo ideo data sunt: q: sacra faciunt aiam sanctam ⁊ mundā: que munditia exigetur ad vidēdum diuinam maiestatem. sicut scriptū est Matth. 5. Beati mundo corde: quoniā ipsi deum videbunt. hec ille. ¶ Secundo ēt probo triplici ratiōe. vz q̄ sacra ecclesiastica non inmerito tanq̄ necessaria nobis a diuina clementia sunt instituta. Primo ratione decorationis. Secundo ratione preseruationis. Tertia ratione restaurationis. Primo probo ratione decorationis: seu ornationis. vz q̄ sacra saluti nostre sunt necessaria. Fundamentum rationis ponit auctor in lib. de cāis di. Quicqd pfectionis ē in cā secunda nobiliori ⁊ altiori modo debet esse in prima. patet hec regula. Naz si auctoritas absoluendi que est quedam spiritualis perfectio inuenitur in simplici sacerdote: vel in ep̄o a fortiori eadem auctoritas perfectius inuenitur in papa. Similiter si marchio vel dux in ducēdo vxorem eā a capite vsq̧ ad pedes propter ipsoꝝ honorem ⁊ dele-

cratione mirabiliter ornant: a for tiori Rex seu imperator hoc idē perfectius facere creduntur. Itē similes dz habere thalamū auro ꝛ omni lapide p̄cioso adornatū: a fortiori hoc deberet velle dux: rex: atq; imperator. Quo p̄sup/ posito certum est ꝙ rōnalis aīa per fidem efficit sponsa xp̄i. Sic enim dr̄ Osee. 2. Desponsabo te mihi in fide in sempiternū. Qd si sic est: quis dubitat quin velit xp̄s ꝙ talis aīa si debet introdu/ ci ad nuptias regis celestis sit or nata margaritis oium simul vir tutum: tam moraliū: ꝙ̄ theolo/ gicarum. Hoc eni claruit in illo de quo Mat. 22. dr̄. Figuratiue. ꝙ cum ingressus esset ad conui/ uiuz regis sine veste nuptiali: vz charitatis ceterarūq; virtutum: statim ab ipso rege acriter incre/ patus p̄ ministros suos ligatis pedibus ꝛ manibus in tenebras exteriores deiectus est. Sed hoc exemplo preternisso. vt de sta/ tu p̄ntis vite loquar. Dico ꝙ si tp̄alis rex exigit thalamuz omni lapide precioso ornatum: a fortio ri spūaliter rex regum xp̄s dñs ihs: ꝛ tota sāctissima trinitas exi git ꝙ templum suū in quo habi tat: seu thalamus quod ē cor hu/ manum sit ornatū omni genere sanctaꝝ virtutum. ꝙ enim habi tet Trinitas sancta in p̄nti vita i humano corde tanq̄ in thalamo suo testatur Saluator Jo. 14. di/ cens. Si quis diligit me: diliget a patre meo: ꝛ pater meus dili/ get eum: ꝛ ad eum veniemus: ꝛ mansionem apud eū faciemus. Et Apo. dicit ad Ro. 12. Uos estis templum dei. Et ꝙ requirat deus ꝙ sint oēs virtutes tā theo logice ꝙ̄ infuse vel morales in corde in quo per grām habitare ꝛ quiescere debet pater. Nam de virtute fidei dicitur ad hebreos secūdo. Sine fide impossibile est placere deo. De spe aūt necessa/ ria dicit Aug. i encheridion. Si/ ne virtute spei non habitat deus in tēplo humani cordis. De cha ritate aūt necessaria dicit idē Au gu. in li. de laude charitatis. Nō habet pacem spūs sanctus cum aīa. que caret charitate. De cete ris aūt virtutibus necessarijs di cit idē Aug. in li. de moribus ec clesie. Si perseueraueris in om/ ni virtute. ꝛ deficias i vna. ꝛ de/ us erit a te alienus: ꝛ iusticia dei iudicabit te. ac si nullaz vnq̄ ha buisses virtutem. hec ille. Qui/ bus p̄missis. vz ꝙ sanctissima tri nitas requirit ꝙ aīa sit vniuersa/ liter plena ꝛ ornata cunctis vir/ tutibus si dz in ea habitare per grām in p̄nti ꝛ per cōsumatam gloriā in futuro. Sed manifestū est. ꝙ in sacris precipue ɔferṫ grā in aīa seu infunditur. dr̄. B. i ser/ mone de cena dñi. Sicut inue/ stit canonicus per librū: abbas p̄ baculum: Ep̄us per anulum: sic dimensiones grāruz diuersis sūt tradite sacris. hec ille. Item ma/ gister in. 4. di. j. sacrm̄ diffiniens ait. Sacramentum est inuisibi.is

gratie visibilis forma. Quod optime cõfirmans sanctus Bonauẽtura in. 4. di. j. ar. i. q. 4. in corpore. q. dicit. Cũ querit an sacra sint gratie contẽtiua. Respõdeo non est concedendum: ꝙ gratia contineat in ipsis sacris essentialiter ꝫ pprie: sicut aqua continet in vase: ꝫ medicina in pixide: qꝛ hoc intelligere esset erroneum. Sed dicuntur continere gratiaꝫ quia methaphorice dicuntur vasa gratie: propter quattuor causas. Nam dicuntur primo vasa gratie quia signant gratiam: sicut vas continens signat contentũ. ¶ Secundo dicuntur vasa gratie: quia gratia cõfertur realiter in ipsis: nisi sit impedimentum in recipiente. Intellige tamen ꝙ gratia sit in anima non in signis visibilibus: sicut vinum est in canepa ꝫ non in circulo exteriori. ¶ Tertio dicuntur vasa gratie: quia per illa sicut per vasa hauritur gratia in animam de fonte salvatorio. ¶ Quarto dicuntur vasa gratie: quia ad illa recurrendũ est pro gratia sicut ad vas pro liquore. hec ibi ad litteram. Cum quo cõcordans Ricar. in. 4. di. 4. ar. j q. j. in corpore. q. dicit. Cuꝫ queritur an parvuli etiam recipiant grãm precipue in sacro baptismi. Rñdeo ꝙ puuli in baptismo recipiunt effectum baptismi. Effectus autẽ baptismi sunt: peccati purgatio: gratie collatio: pene remissio: caractheris impressio ꝫ fomitis repressio: hec aũt oĩa parvuli recipiunt in baptismo: qꝛ aĩa nata est predictos effectus suscipe: ꝫ in parvulis nihil est qꝺ eoꝝ susceptioneꝫ possit ĩpedire: ꝫ fides ecclesie nõ efficiendo aliquã q̃litatẽ in parvulis: sꝫ ex divina ordinatione eos ad predictoꝝ susceptionẽ disposuit: ꝫ ille qui pncipaliter baptizat id est deus liberalit influit. ß Ric. ad lrãm ꝙ si vt pꝫ sacra sunt causatiua gratie in aĩa eo modo quo predictũ ẽ: certũ ẽ ꝙ vbi est grã ibi p ꝯsequens sũt oẽs virtutes theologice. vꝫ fides: spes: ꝫ caritas. Sed vbi sũt he virtutes: sũt etiam habitus ceteraꝝ omnium virtutũ nõ theologicaꝝ sꝫ moraliuꝫ. Qꝺ cõfirmãs Tho. j. 2. q. 68. ar. 5. in corpore. q. di. Cũ querit an septẽ dona spũs sci: ꝫ habitus aliaꝝ virtutuꝫ simul cõnexa sint cuꝫ grã ꝫ caritate. Rñdeo ꝙ sic: qꝛ sicut vires appetitiue disponũt per virtutes morales in cõparatione ad regimen rõnis. Ita omnes vires aĩe disponunt per dona ꝫ habitus virtutum in corporatiõe ad spm̃ scm̃ movẽtẽ. Spũs aũt sanctꝰ habitat in nobis per grãm ꝫ caritatẽ infusaꝫ. ꝭm illꝺ Ro. 5. Caritas dei diffusa est in cordibꝰ nostris per spm̃ scm̃ q datus est nobis. Igit sicut virtutes morales cõnectunt sibi invicẽ in prudẽtia. Ita habitꝰ omniũ virtutũ ꝫ dona spũs sci ꝯnectũtur sibi invicẽ in caritate. Ita i. ꝙ q caritatẽ habet omnes habitus virtutũ: ꝫ septem dona spũs

sancti hz: quoz nullū sine carita-
te haberi potest. h Tho. ad lraz.
qd breuiter affirmās sanctus Bo
nauentura in. 4. di. 4. ar. vlti. in
corpore. q. dicit. Cum queritur
an paruuli in baptismo recipiant
rem sacri. i. grām & habitus vir-
tutū. Rñdeo dimissis alijs opi-
nionib' que modo nō tenent: di-
cendū est cuz magistro q dantur
eis habitus pfecti virtutuz sicut
& adultis: q̄uis p illos ex idispo
sitione corporis nō operent: siue
q̄uis non habeant vsuz eoz. hec
ille ad lrām. Ex quib' oib' recte
ocluditur: q exquo per sacra aia
decoratur oi gener virtutū theo
logicarum simul & moraliuz de-
centissimū fuerit: q pp hoc diui-
na clemētia & sacra instituerat: &
nobis cōicanda pberet. De vir-
tutibus tamē moralibus. apud
aliquos opinio est q non simul in
fundant habitus eaz cum virtu-
tib' theologicis: sed solum suffi-
cit q sint acquisite pro eo q cari-
tas solum ordinat & dirigit in fi-
nē suū: qui deus est in quem per
seipsas dirigi non possūt: sicut pa
tuit in plurib' phis moralibus:
qui nequaq̄ dirigebant virtutes
suas in finem supernaturalez qui
deus est: Sed simpliciter in finez
naturalē qui ē bonū rōnis. Tho.
vero. j. 2. q. 63. ar. 3. oppositum
tenet dicens. q habitus virtutū
moraliuni simul infunduntur in
baptismo cum virtutibus theo-
logicis. Et rationes assignant di-
cens. q oportet effectus eē pro-
portionatos suis causis: sicut er-
go caritas q dirigit ceteras vir-
tutes in deum est virtus infusa:
sic etiā oportet alios habitus vir
tutū moralium esse infusos. Tu
vero tene de istis duabus opinio
nib' eam que magis tibi placet.
¶ Scdo etiam pbo ratione pre-
seruationis: q vz sacra ecclesiasti
ca non immerito tanq̄ nobis ne-
cessaria a diuina clemētia sunt in
stituta: pro eo q non tm̄ per ipsa
nobis infunditur gratia cum ce-
teris omnibus virtutibus. Sed
insuper & purgant peccata nostra
& etiaz a peccatis nos preseruāt.
Et pro fundamento nostre ratio
nis: dicit Commentator super
10. metha. Contraria corrūpunt
contraria & simul sunt preserua-
tiua contrariorum. pz h regula.
Nam medicina salutifera simul
& semel corrumpit & destruit in-
firmitatem: & insuper preseruat
a futuris infirmitatibus. Simili
ter ignis corrumpit frigiditatez
in aqua: & insuper eam preseruat
dum eaz semper calefacit: aut ab
equali: aut a maiori frigiditate.
Quo presupposito certum est q
sacra ecclesiastica corrumpūt seu
destruunt ifirmitates spūales ani
marum que sunt peccata: & insu-
per animas purgatas a peccatis
preseruant. Unde Ugo lib. j. de
sacramentis parte. 9. c. 5. ait. Sa
cramenta dei medicine sunt spi-
rituales q foris corporibus adhi
bentur per visibilem speciem:
sed intus animas sanant & cōser-

uant per inuisibilem virtutem. H ille. Et q primo purgēt aias a peccatis tanq medicine eis cōtrarie. pz quia diuersis generib9 culparum sacra contraria adaptātur. Prout dicit Ricar. in. 4. di. 1. ar. j. q. 4. Unde baptismus est contra culpam originalē. penitentia contra actualē mortalem. Extrema vnctio: contra culpaz venialē. Ordo: ꝯtra ignorantiā. Matrimonium: ꝯtra ꝯcupiscentiā. Confirmatio: contra infirmitatem. Eucharistia: contra maliciam: q2 eucharistia est sacrm caritatis: que p se opponit malitie. Uel dicas q non tm sacra aiam a peccatis purgāt: sz etiā ꝓseruāt: vnde sacra data sunt in remediū peccati septem modis. Primo culpam impediendo ne fiat: ideo datuz est sacrm matrimonij. s. ad concupiscentiam carnis īpediendam ⁊ refrenandam. Secundo culpā contractā subtrahēdo: ⁊ propter hoc inuentuz est sacramentum baptismi contra culpaz originalē: in quo gratia infunditur: que etiam fortificat animam contra peccata. Tertio de culpa commissa satisfaciendo: ⁊ sic contra culpam actualem sacramentum penitentie est institutum. Quarto disponendo ⁊ sic sacrm ordinis inuentum est ad executionē bonoꝝ. Inquātū ordo hoiez reddit idoneū ad dispēsationē sacroꝝ. Quito abluēdo vel funditus destruēdo: ⁊ sic inuentū ē sacrm extreme vnctiōis: que est quedā delibutio religās peccati: ⁊ i qua fit remissio peccatoꝝ si que sunt. Sexto ꝯfirmādo ⁊ sic est confirmatio que hominē fortem reddit: vt nomen xpi propter pressuras mundi nō refugiat confiteri. Septimo coniungendo: ⁊ sic est sacrm eucharistie quo. s. coniungunt membra capiti. Et q2 hoc sacrm ē vltim9 terminus nostre sacrificationis. Ideo dicit Dyonisius q omnis alia sacrificatio in eucharistia terminatur: ⁊ ideo ordinati ⁊ baptizati eucharistiam sumunt. ¶ Tertio insuper probo sacra fuisse necessaria rōne restaurationis. Clarum est enim secundum Augu. vt habetur de pe. di. 5. c. consideret. q omnis virtus patitur detrimentum ab vno vitio. i. q per vnum vitium expellitur ab anima omne meritum: virtutum infusarum: propter quod extra de reg. iur. in regula defleat dicitur. Defleat peccator q2 offendens in vno factus est oiuz reus. Propter h igitur diuina clementia spāliter īstituit sacrm penitentie ⁊ confessionis in quo remittunt peccata: dicēte pphā. Dixi ꝯfitebor aduersū me iniusticiam meam dño: ⁊ tu remisisti impi. peccati mei. Et Jo. 20. dicit. Quoꝝ remiseritis peccata. s. p sacrm penitētie ⁊ ꝯfessionis: remittūt eis. Et quoꝝ retinueritis: retēta sunt. Et in quo penitētie sacro plenarie restituunt ⁊ reacquiruntur omnes virtutes p peccatum

iam amisse. dicente Ambro. Pe nitentia est res optima que omnes defectus reuocat ad profectum: qd optime ↄfirmans Ricar. in. 4. di. 14. ar. 8. q. j. in corpore. q. dicit. Cum queritur an omnes virtutes per sacrm penitentie restituant. Rñdeo q per penitentiaȝ oēs virtutes amisse realiter restituunt loquendo de illis virtutibus que i hoie sunt p infusioneȝ. Et ideo est: quia caritas non pōt esse in anima cum carentia alicuius virtutis necessarie ad rectitudineȝ spūalis vite. Sed claȝ est q per penitentiam remittuntur oia peccata: que remissio eē non pōt sine caritate. q si restituit virtus caritatis per sacrum penitentie: seqtur etiaȝ q per penitentiam restituunt oēs virtutes ammisse necessarie ad rectitudinem vite: ꝛ ad salutem necērie. h Ricar. Qd aliter egregie ↄfirmans sanctus Bonauentura in. 4. di. 14. arti. vlti. ꝛ. q. 2. dicit. Cum queritur an perfecta penitentia restituat hoiem in pristinū gradū virtutum amissarū. Rñdeo q sic. Naȝ gratia ꝛ virtutes causant in nobis ex diuina influentia: sicꝫ lux in aere ex irradiatiōe solari per modum cause efficientis per se: Per peccatum vero sicut per nubem prohibetur illa influentia. Et qꝛ per penitentiam tollitur nubes illa: Ideo quasi per modum cause efficientis per accidens. s. que remouet ꝓhibendo ꝛ repat i nob p penitentiaȝ ois virtus ꝛ grā ꝺm eē a tiaȝ: sed non ꝺm statū. Oēs ergo habitus virtutū p penitētiā infunduntur ꝺm substantiam ꝛ essentiaȝ eoꝝ ꝛ nō ꝺm statuȝ: qꝛ virginitas non redditur: nec ꝺm modū priorem: qꝛ non ita intēse sꝫ plus vel minus ꝺm dispositiones. h Bonauentura sententialiter. Ex predictis ergo rōnibus pꝫ qualiter coueniens fuit ad salutē humani generis: q diuina clementia instituerit ecclesiastica sacra. ¶ Tertio hec idem probo vnica distinctione. Ric. in. 4. di. j. ar. 4. q. j. in corpore. q. di. Cū queritur an institutio sacrorum fuerit nobis necessaria ad diuinam gratiam recipiendam. Respondeo q deus ab eterno preordinauit naturam humanam sibi in psonam filij vniendam in tempore: ad reconciliandū sibi genus humanū ꝛ a seruitute diabolica liberanduȝ: sꝫ ꝓuidebat in primis parētibus qd sibi erat facturus propter hominem lapsurum: ꝛ in diabolicam seruituteȝ casurum. Impletio autē illius preordinationis inter oēs res p tempus ortas summa grā fuit. Vn̄ Augu. 13. de trinitate. In rebus inquit per tempus ortis illa summa gratia est q homo in vnitate persone ↄiunctus ē deo. Et ideo tempus in quo fuit hoc completum vocatur ab aplo ad gal. 4. Plenitudo tpis qꝛ tunc ostensa fuit hūano generi diuine grē plenitudo. vn̄ rōnabile fuit

vt lex in illo tēpore data ab ore illius in quo deus plenitudinem gratie posuerat esset lex plenitudinis ad hominē reconciliandū & de seruitute diabolica liberandū: Sed q2 hec non pōt fieri sine gratia gratum faciēte. Ideo data est lex grē perfectioni auctē legis debet rñdere sanctoꝝ eius perfectio. Et ideo rōnabile fuit vt in illa lege talia instituerent sacra in quoꝝ susceptiōe conferret gratia q homo deo recōciliaret: & de seruitute diabolica liberaretur. hec. Ric. ad litteram. Ex predictis igitur auctoritatibus: rationibus: atq3 distinctiōe. p3 qualiter diuina clementia non immerito ordinauit & instituit ecclesiastica sacra: ex quo vt patuit saluti nostre sūt necessaria. Et propter hec omnes infideles qui sponte se excludūt a prefatis sacris: nec peccatorum veniam: nec virtutum infusionem tam moralium q̄3 theologicarum: nec insuper diuinam gratiam & eternam gloriam possunt suscipere & mereri. Et idcirco omnia eorum moralia opera que faciunt falsa sunt & prorsus inutilia ad salutem. Unde. 28. q. j. §. et his. dicitur. Ubi enī3 deest cognitio eterne & incōmutabilis veritatis falsa virtus ē ēt in optimis morib9. Et Greg. j. q. j. c. Cū Paul9. ait. Cū Paulus dicat q fundamētū aliud nemo pōt ponere pter id qd̄ positū3 est. ꝯsequēter pbat q vbi xp̄s nō ē fūdamētū nullū pōt eē bōi operis super edificium. hec. ille. Et sic ex predictis oībus etiā p3 qntus effectus diuine clementie: quo clare cognoscitur: q deus omnibus quantum in se est vult gratiam & gloriam impendere q dicitur effectus institutionis.

¶ De sexto effectu diuine clemētie qui dicitur effectus ꝯditionis.

Sextus insuper effect9 diuine clemētie: quo clare cognosci pōt q oīpotens & gloriosus deus vult omnibus quantum in se est & suam gratiam & eternam gloriam impendere: dicitur effectus concessionis. s. indulgentiarum. Preuidens enim diuina sapientia: q propter sacrm penitentie simul cum vera contritione: pena eterna que debebatur peccato per clementiam suam conuersa est in temporalem vel purgatoriam penā: que transcendit in acerbitate omnes simul penas pñtis vite. dicente Augu. 25. di. c. Qui in aliud seculum distulit fructum conuersionis: prius purgabit igne purgationis. Hic ignis & si eternus nō sit: miro tñ modo grauis est: excedit enim oēm penā3 quā3 vnq̄3 aliqs passus est in hac vita vel pati pōt nunq̄3 in carne tanta est inuenta pena l3 mirabilia passi sint martyres tormenta: tñ in eius cōparatiōe nulla sūt hec ille. Et idem Augu. prout ponit do. Bonauen. in. 4. di. 20. ar. j. q. 7. etiam dicit. Ignis ille purgatorii9 durior ē: q̄3 quicqd in

hoc seculo penaꝝ: aut videt: aut cogitare: aut sentiri: qs posset. hec ille. Cogitauit ex abũdantia charitatis sue: etiã aliud remediũ humano generi impendere: quo simul cũ eterna pena et euaderent omnẽ temporalẽ ꝛ purgatoriã penã: vt sic aĩe mũde tam ab oi culpa ꝙ ab omni pena recto tramite ascẽderẽt ad gloriaꝫ vite eterne. Concessit igit̃ ꝑpter hoc clemẽtissimus deus Petro ꝛ successoribus eius auctẽatem plenariam: vt non tm̃ remittant oẽm culpaꝫ per sacrm̃ penitentie: verũ etiam indulgentias tribuãt: quib⁹ ois pena tẽporalis ꝛ purgatoria peccatis debita integre remittat̃. Et ꝙ realiter p diuinã clemẽtiã omnis pena purgatorij que si qs in eo stare deberet vsqꝫ ad diem iudicij: auctoritate summoꝝ pontificũ realiter ꝛ integre remittatur tripliciter probo. Primo auctoritatibus. Secundo ratione. Tertio distinctione. ¶ Primo ꝓbo auctoritatibus. Nã vt habetur Math. 16. dñs Jesus dixit Petro. Tu es Petrus ꝛ super hanc petrã edificabo ecclesiam meã: ꝛ porte iferni non preualebunt aduersus eã. Et tibi dabo claues regni celoꝝ. ꝛ qđcũqꝫ ligaueris super terrã erit ligatũ ꝛ in celo. Et qđcũqꝫ solueris sup terrã erit solutũ ꝛ in celo. ħ ibi. Augu. isup de pe. dist. j. c. Quẽ penitet ait. Dixit dñs sacerdotibus. Quecũqꝫ solueris super terram erunt soluta ꝛ in celis: hoc est. Ego deus ꝛ oẽs celestis milítie ordines: ꝛ oẽs sancti in gloria mea laudãt vobiscũ ꝛ confirmant: quos ligatis ꝛ soluitis sup terrã. hec ille. ¶ Scđo ħ idẽ probo vnĩ a ratione vꝫ causalitatis. q. s. per indulgentias a summis pontificib⁹ concessas integre remittitur ois temporalis ꝛ purgatoria pena. Fundamentuꝫ rõnis ponit phs. 5. metha. di. Effectus naturaliter semp sunt ꝓportionati suis causis. pꝫ hec regula. Naꝫ si aliq̃ arbor habeat radicẽ amarã vel dulcẽ: naturaliter eius effect⁹ ab ea progrediens qui ẽ fructus est dulcis vel amarus. Similiter ex quo substantia solis est incorruptibilis. Et ideo et⁹ effectus qui sunt solares radij incorruptibiles erunt. Econtra vero ois cã generans si sit corruptibilis: ꝛ effect⁹ erit corruptibilis: sic ẽ de aĩa brutoꝝ sensitiua ꝛ vegetatiua: q̃ cuꝫ similiter egrediat̃: ꝛ generat̃ ex cã corruptibili: per ꝯñs corrupta illa carne corrũpit̃ ꝛ aĩa brutorũ. Nõ sic ẽ de rõnali aĩa: que cũ generet̃ ex carne: sed imediate ꝛ similiter egrediatur a deo p creationem. Nã intellectus vt dicit̃. 3. de anima. seu anima intellectiua prouenit nobis ab extrinseco: ꝑpter hoc corrupto corpore: ipsa anima nõ corrũpit̃. Quo presupposito certum ẽ ꝙ auctoritas remittendi omnem penam purgatoriam concessa est Petro ꝛ eius successoribus per xp̃m dei filium: qui vtiqꝫ dñs ẽ ꝛ homo.

sed cū deus essentialiter sit eius cā incommutabilis. Sic enim dicit. 22.q.⁊.c. Incommutabilis deus idemqȝ semper existens. Et philosophus .j. de celo ⁊ mundo dicit. Diuinum esse est esse intransmutabile primum ⁊ summum. Et auctor in lib. de causis. dicit. Prima causa ⁊ superior immutabilis est: ⁊ sine vlla variatione. Et Jaco. j. dicit. Apud deum non est transmutatio nec vicissitudinis obūbratio. Quod si sic ē ꝙ deus sit cā icōmutabilis: ergo effectus eius qui ē auctoritas data pastoribus ecclesie semper erit vera ⁊ icōmutabilis vsqȝ ad finem mūdi. Propter hoc Saluator Luc. 22. dicebat Petro. Ego rogaui pro te vt nō deficiat fides tua: id est veritas tua. Et alibi dicit. Ego ero vobiscū cunctis diebus vsqȝ ad consumationē seculi. Et Joan. 14. dicebat. Ego sum via veritas. s. immutabilis ⁊ vita. Qd si sic est: ergo sequitur: ꝙ quando summus pontifex dat indulgentiā plenariam īfallibiliter: verū est ꝙ remittit hōi si tamen dispositus est: omnis pena temporalis ⁊ purgatoria: quod si hoc non fieret: sequeret ꝙ ecclesia erraret: ⁊ p cōsequēs, Christus mutabilis fuisset: ⁊ insuper falsitate plenus: quod non tm̄ dicere sed etiā velle cogitare nephas eēt. Et ꝑpter hoc Aug. in quodā sermone dicit. Cū eniȝ spiritus sanctus regat ecclesiam: sequitur ꝙ ecclesia nūꝗ̄ errabit: cum habeat ductorem ⁊ magistrum virtutis: qui Apostolis dixit. Ego ero vobiscum vsqȝ ad consumationem seculi. hec ille. Item distinc. 19. dicitur. c. Sic omnes apostolice sedis sanctiones accipiende sunt tanꝗ̄ ipsius Petri diuina voce formate. Itē Hieronymus .24. q. j. c. h est fides. ait. Sancta Romana ecclesia que semper vera ⁊ immaculata permansit: dn̄o prouidente ⁊ beato Petro apostolo opeȝ ferente in futuro manebit sine vlla hereticorum insultatione preualente: atqȝ firma ⁊ immobilis in veritate omni futuro tēpore persistet. hec ille. ¶ Tertio deniqȝ hoc probo distinctione. Nam Ricar. in. 4. distin. 20. arti. 1. q. j. in corpore questionis. Et dominus Bonauentura eadem distinc. articu. vlti. q. vlti. Et Alexander de ales in quarta parte summe. q. 209. in corpore q. Et insuper Tho. in. 4. di. 20. articu. 2. q. j. sententialiter sic distinguunt. Cum queritur inquiunt an indulgentie non tantum a culpa: que per contritionem charitate informatam remittitur: sed insuper a pena in purgatorio debita animam liberent: Respondetur ꝙ sic. Nam absolute omnes fideles concedunt indulgentias tm̄ valere quantuȝ sonāt simpliciter: aut verba. aut bulle summorum pontificum: ⁊ aliter tenere impiū esset ⁊ hereticū: quia hoc eēt dicere. ꝙ ec-

clesia vniuersalis erraret exquo
indulgentias daret & nihil vale-
rent. valent igit̄. Sed ad qd va-
leant. Dicunt quidā q̄ nō valēt
ad absoluēdū a reatu pene quam
qs in purgatorio meret̄ ſm iudi
ciū dei: sed simpliciter valent ad
absoluendū a pena qua sacerdos
obligat penitētē ad penā aliquā:
vel ad quā obligaret̄ penitēs ex
statutis canonū: siue sint a iure:
siue a iudice. Sed opinio falsa est
& erronea: cū sit contraria priui-
legio dato petro. Matth. 16. vbi
dicitur. Quodcunqȝ. &c. Quod
priuilegiū etiā successoribꝰ eius
fuisse datū intelligit̄: Et ideo ab
solute tenēdū ē q̄ indulgentie va
lent ad remissionē totius pene re
sidue post cōtritionē & cōfessionē
& absolutionē: siue illa pena sit in
iuncta a iure: vel a iudice: siue nō
sit iniūcta: sed daret̄ a deo in pur
gatorio. Triplici enī ratione in-
dulgētie realiter efficatiā habēt.
Quarū. Prima est meritū pas
sionis xp̄i: & pene sanctoꝝ. Se-
cunda ē charitas illius cui indul
gentie dant̄. Tertia vero est po-
testas ipsius dantis ad illum in-
dulgētias applicantis. ¶ Prima
ratio igit̄ q̄re indulgētie valēt est
abundātia meritorū xp̄i atqȝ san
ctoꝝ. Nā tantū fuit meritū xp̄i.
quod sufficeret ad infinite pene
solutionē. Similiter & sācti mul
to plus de passionibus sustinue-
runt q̄ȝ peccata eorum merent̄.
Et ideo magis super abundātia
meritoꝝ xp̄i & sanctoꝝ est thesau
rus ecclesie: quē ecclesia cōmuni
cat cōmuniter oībꝰ existētibꝰ in
charitate. ¶ Secūda ratio quia
indulgētie valent: est charitas su
scipientis. pro eo q̄ non existens
in charitate non potest pticipare
de istis idulgētijs. Sicut nec mē
brum precisum a corpore potest
percipere de bonitate capitis seu
membroꝝ ipsius corporis. E con
tra. sicut membra corpori coniun
cta participāt de eius bonitate:
sic a simili. qui per charitatē con
iuncti sunt corpori ecclesie partici
pant de eius meritis atqȝ indul-
gentijs. Unde August. in li. de
penitētia. sic ait. Credendū est q̄
orationes ecclesie vel elemosyne
& opera iustitie succurrant reco-
gnoscenti mortē suam ad cōuer
sionē. Et pp̄heta dicit. Parti-
ceps sum oīuȝ timētiū te et cu.
mā. tua. Et de conse. di. 4. c. ec-
clesie. dr̄. Ecclesie charitas dif-
fundit̄ in cordibus eoꝝ qui par-
ticipes sui sunt. ¶ Tertia ratio
q2 indulgētie valentē potestas
indulgētias instituentis & appli-
cantis ad istum vel ad illuȝ. Nā
ſm q̄ papa & eius vicarius ap-
plicat supradicta. s. meritū xp̄i
& meritū passionū sanctoꝝ ad
istū vel ad illuȝ vel ad illam re-
missionē pene consequit̄ realiter
iste vel ille. Hec omnia sentētialr̄
in locis preallegatis supradicti
doc. dicunt. Ex predictis igitur
omnibus patet sextus effectus
diuine clemētie qui dicit̄ effectus
concessionis. Quo clare mōstra-

tum est qualiter deus oib' q̄ tuz inest eternā gloriā vult impēdere. Ex quo nō tm̄ instituit p sacr̄z penitētie oia peccata relaxari: s3 insup auctoritatē cōcessit pastoribus ecclesie: q indulgētias p̄beant: quibus omnis pena tam tēporalis q̄ purgatoria vere realiter atq3 integraliter relaxatur.

¶ De septimo effectu diuine clementie qui dicitur effectus intercessionis.

SEptimus postremo effectus diuine clemētie quo clare cognosci potest. q omnipotēs deus vult oēs saluare: et omnibus suam gratiam et eternā gloriam impendere. dicitur effectus intercessionis. Quātum clementissim' deus salutē et gloriā oium. et precipue peccatorum appetat in hoc ostendit. quoniā multos peccatores: q ex meritis suis nunq̄3 saluarētur. s3 potius pro demeritis damnarētur saluauit: saluat: et saluabit ex merito intercessionis. seu charitatiue orationis iustor3 v rorū atq3 sanctor3. Et quod maius est. dico q nisi iusti et boniviri pro peccatoribus intercederent et orarent arbitror q pauci vel quasi nulli saluarentur. Et q mediātibus orationibus seruorū dei: seu iustarum personaru3: etia3 in hac vita existentium peccatores saluari possint. et diuinam gratiam accipe. q̄druplicter probo. Primo auctoritatib'. Scdo ratione. Tertio distinctiōe. Quarto exemplo. ¶ Primo pbo auctoritatibus. Na3 Jaco. quinto dicitur. Oratio fidei: idest hominis fidelis: saluabit infirmum id est peccatore3: et alleuiabit eu3 dominus: et si in peccatis sit remittentur ei. Et infra subdit. Orate p inuice3 ut saluemini. multū enī valet deprecatio iusti assidua. hec ibi. Item Augustinus ad herēticas ait. Orate pro inuice3 dulcissimi fratres vt saluemini: quia si Stephanus non orasset. hodie Paulū ecclesia nō haberet. Idē quoq3 Augustin' in lib. de correctione et gratia ait. Nulli est denegandu3 orationis beneficium: ex quo et plerunq3 obstinatis possumus salutis beneficiū impetrare. Itē glo. sup verba Matth. 9. Uidēs Jesus fidē illor3 dixit paralitico. Confide fili remittuntur tibi peccata tua ait. Pensate quantū valet apud deu3 fides ppria et oratio. si tm̄ valuit fides et oratio aliena: vt hominē sanaret in corpore et aia. h glo. Itē Saluator Luc. 16. hortat. di. Ego dico vobis facite vobis amicos de mamona iniquitatis. i. de diuitijs supfluis: vt cum defeceritis recipiant vos. s. ipsi iusti per oratione3 suā in eterna tabernacula. Et Matth. 10. dr̄ Amē dico vobis. Qui recepit prophetam in nomine pphe mercedē pphe accipiet: et q recipit iustū i nōie iusti: mercedē iusti accipiet idē gratiā dei per eius orationē. Et q dederit potū calicē aque frigide tm̄ in

noie discipuli. Amen dico vobis non perdet mercedē suā. hec ibi. Item Alex. papa. i. q. i. c. Ipsi sacerdotes, ait. Sacerdotes iusti p populo interpellāt: ⁊ populi peccata comedūt quia precibus suis ea delent atqȝ consumūt qui quāto digniores fuerint tanto facilius pro quibus clamant exaudiūtur. hec ille. Deniqȝ de pe. di. i. c. ex similitis. dicitur. Passiões ⁊ vitia peccatoꝝ non sanātur nisi orationibus ecclesie. Ex quibus auctoritatibus pȝ idē quod supra. ¶ Secundo probo etiam vnica ratione videlȝ amicabilitatis. ꝙ s. ex oratione iustorū plures peccatores diuinam gratiā recipiūt. Fundamentum rōnis pōit phs. 9. ethi. Et etiam Tulius in lib. de amicitia dicēs. Propriū amicoꝝ est idem velle ⁊ idem nolle Impossibileqȝ est amicitiam esse inter eos q non eisdem gaudent. hec regula per experientiam est clara: quia vt videmus si Petrus vult album ⁊ Joānes nigruȝ: statim si fuerunt amici dissoluitur inter eos concordia mutue amicitie: ⁊ hoc respectu diuersitatis voluntatum. Ecōtra vero si ambo album aut nigrum volunt generatur in eis amicitia si non fuit: aut si fuit augetur: quod totum prouenit ex respectu conformitatis volūtatum. Quo presupposito certū est ꝙ si vera amicitia ⁊ charitas ē inter aiaȝ ⁊ deuȝ: ergo in eis ē idē velle ⁊ idē nolle. Si igitur aia vult ꝙ p orationē suā gratia det isti peccatori. Congruum est ꝙ ipse deus eidem gratiam suam impendat aliter nō videretur ꝙ inter animam ⁊ deum esset cōformitas voluntatum. Et profecto de hoc non est dubitandum: quia deus magis inclinatur ad volendū illō quod vult anima iusta ꝙȝ oēs amici inclinentur ad volendum quod volūt amici. Quod bene confirmans propheta dicit. Voluntatem timentium se faciet: ⁊ deprecationē eorum exaudiet ⁊ saluos faciet eos. ¶ Tertio idem probo vnica distinctiōe. vȝ Alexan. de ales in tertia pte sūme in tractatu de gratia qui dicit. Cum queritur. An aliquis iustus possit mereri primam gratiam peccatori. Rñdeo ꝙ sm ꝙ de merito proprie loquimur: nullus purus homo potest alteri mereri primā gratiam: quia vnicuiqȝ hominī particulari datur gratia ad mensuram sue salutis procurende per informationem suaꝝ potentiaꝝ: ⁊ per directionem ⁊ ordinationem suoꝝ actuum in debitum finem: ideo nullius gratia se extendit ad merendum salutem alteri proprie de condigno: nisi solius domini nostri Jesu xpi cui non fuit sm ꝙ dicitur in Jo. Datus spiritus ad mensuram: sed habitat sm Apl'm in eo tota plenitudo diuinitatis corporaliter. Et ideo solius eius gratia est sufficiēs de cō digno ad pmerēdū cuilibȝ oēȝ gratiā ⁊ salutē. Cōiter tñ distiguitur triplex meritū. s. digni: ꝯdi

gni: ⁊ ɔgrui. Meritū cōdigni est
qñ est iusta ⁊ eq̄lis cōpensatio ob
sequij ⁊ remuneratiōis. Et h̄ me
ritū condigni ponit φ grā detur
necessario: vȝ necessitate inmutabi
litatis non coactiōis. Meritū di
gni dicit̄ qñ aliquis est dign⁹ sui
ratione: sed nō rōne eius ꝓ quo
petit: sicut cū iustus orat pro pec
catore. Meritū vero cōgrui di-
cit̄ qñ nulla dignitate petentis: sȝ
sola dignitate dantis cōceditur
postulatum: vt cuȝ peccator orat
pro seipso. vnde meritū cōdigni
est sufficiens dispositio ad remu-
nerationē. Sed meritum digni
⁊ congrui est insufficiens. Vir igi
tur iustus pōt alteri mereri p̄mā
gratiam merito digni: sȝ non con
digni. h̄ Alex. sniāliter. hanc di-
stinctionem etiam cōfirmat Sco
tus in. 3. dist. 18. di. Quilibet iu-
stus meretur de congruo a deo
optinere peccatori primam gra-
tiam Quid autem sit prima gra
tia. Ber. in lib. de gratia ⁊ li. ar-
bi. declarat di. Hec tria operatur
deus in nobis: cogitare: velle: ⁊
operari: seu perficere. ❡ Primū
s. cogitare sine nobis: ⁊ ista voca
tur prima gratia. De qua etiam
ps. dicit. Et miā eius preueniet
me. Et hec cogitatio impetrata
est: vel donata est merito alicui⁹
serui dei: qui orauit pro illo pecca-
tore. Unde Apostolus. 2. corin.
3. Non sumus sufficiētes cogita
re aliquid a nobis quasi ex nob:
sȝ sufficiētia nr̄a ex deo ē. s. oratio
ne alicui⁹ vel iusti. Aut imediate
ex merito christi. qui meruit no-
bis de condigno prefatam pri-
mam gratiam. Hic Scotus sen-
tentialiter. Ex qua distinctione
clare patet qualiter diuina cle-
mentia per oratiōnē iustoꝝ pecca
toribus graȝ p̄bet: ⁊ p cōseqns glo
riaȝ. ❡ Quarto h̄ idē ꝓbo vnico
exēplo. Greg. eni in. 4. dialo. ait.
Is de quo i omelijs me corā po
pulo iam narrasse memini. inge-
tus valde Theodor⁹ noie fuit: q
in momēto in monasteriū fratrē
suū necessitate magis φ volūtate
secut⁹ ē. Cui nimiū erat graue si
quis ꝓ sua aliqd salute loqret̄: bo
na autē nō solū facere sȝ ēt audir̄
nō poterat. Nūq̄ȝ se ad sācte con
uersationis habitū venir̄: iurādo
trascendo: ⁊ deridēdo testabat̄.
In hac autē pestilētia q̄ nup hui⁹
vrbis populū magna ex pte con
sumpsit: pcussus infirmitate per
ductus est ad mortē. Cūq̄ȝ extre
muȝ spm ageret: conuenerunt
fratres vt egressum illius oran
do protegerent. Iam corpus ei⁹
ab extrema parte premortuū in
so'o tm̄modo pectore: vitalis ad
huc calor anhelabat: cuncti auteȝ
fratres tanto pro eo ceperunt an
xius orare: quanto eum vide-
bant iam sub celeritate discede-
re. Sed repente cepit eisdem
fratribus existentibus clare at-
q̄ȝ cum magnis vocibus ora-
tiones eorum interrumpere di-
cens. Recedite recedite: quia
draconi ad deuorandum: da-
tus suȝ: qui pp vestrā penitentiā

⁊ orationem deuorare me nõ potest. Caput tamē meū in suo ore obsorbuit: date ergo locum orationi vt me amplius non cruciet: sed faciat cito ꝙ facturus ē: quia ꝓpter vos moras patior: tūc fratres ceperūt ei dicere quid est qḋ loqueris frater. Signuꝫ tibi sancte crucis imprime. Respondebat ille cū magnis clamorib⁹ dicens. Uolo me signare sed non possuꝫ: quia squamis hui⁹ draconis premor. Cuꝫ hoc fratres audierēt ꝓstrati in terraꝫ cū lachrymis ceperunt feruentius orare. Et ecce oratiōis virtute subito eger cepit cuꝫ magnis vocibus clamare dicēs: gratias ago deo. Ecce draconem q me ad deuorādū acceperat fugit: Et orōnibus vr̄is expulsus stare non potuit: pro peccatis meis modo intercedite: qr conuerti paratus sum ⁊ secularē vitā funditus relinquere. Et postꝙ mutatus mēte diu est flagellis attritus: tūc eius aīa carne soluta in pace qeuit ħ Gregō. Ex ꝑdictis igitur oībus clarissime pꝫ qualiter per oratiōes iustoꝝ diuina clementia peccatoribus in p̄nti gratiaꝫ suā prebet: ⁊ in futuro eternā gloriaꝫ. Et iō quisqꝫ peccator quantuꝫ potest se orationibus seruoꝝ dei atqꝫ iustarum personaꝝ recōmendare dꝫ: qm̄ vt patuit ꝑ ꝓpria meri ta nunꝙ saluaretur. Sed ꝯtemplare queso aīa quantuꝫ saluator tuus tuam cupiat salutem. Non enim tm̄ peccatores vult saluare per orationes iustaꝝ ꝑsonaruꝫ in hac vita existentiū: sed insup saluat quasi innumerabiles peccatores: per merita ⁊ orationes beatorum atqꝫ sanctoꝝ: iam in celesti patria residentiū. Nam ipsi iugiter pro nobis intercedunt ad dn̄m vt saluemur. qḋ intelligēs ecclesia: vt feruentius pro nobis intercedant orat: dicens. Sācta Maria ⁊ oēs sancti intercedant pro nobis ad dn̄m: vt nos mereamur ab eo adiuuari ⁊ saluari: qui viuit ⁊ regnat in secula seculoruꝫ amen. ¶ Proinde letanie hac de causa decantant. Ubi suffragia Angeloꝝ: Patriarchaꝝ: Aploꝝ: Martyruꝫ: Cōfessoruꝫ: Doctoꝝ: ⁊ sanctaꝝ Uirginū postulant. Angeli nāqꝫ vt humilitatem contra superbiā: Patriarche largitatem: ꝯtra auaritiam: Apli caritatem: cōtra inuidiam: Martyres patientiā: contra iracundiā: Doctores solertiā ⁊ studium ꝯtra ignorantiā: Confessores sobrietatē contra ventris ingluuiem Uirgines ⁊ vidue continentiā ⁊ castitatem contra luxuria(m) suis meritis nobis acqrāt. Et ꝙ pro nobis orent vt saluemur: testat Ric. in. 4. di. 45. ar. 7. q. 2. Et clarius. s. Bona. ibidē arti. 3. q. 2. di. Cū queritur an sācti orent pro peccatoribus ⁊ pro iustis qui viuunt in terra. rn̄deo ꝙ sic. Nam orant pro nobis dupliciter: scꝫ oratione expressa: vt votis suis pro nobis diuinā clementiā pulsant. Similiter orant

pro nobis orone interpretatiua: dum eoꝝ merita in ꝯspectu dei existentia: non solū ipsis cedunt ad gloriā: sed etiā sunt nobis in orones ⁊ suffragiū: sicut sanguis xp̄i fusus pro nobis: dicit pro nobis veniā petere. Triplici tn̄ respectu orant pro nobis sancti.

Primo qꝛ vidēt nostrā necessitatē: pro eo idigemus ab ipsis releuari. Scdō qꝛ vident dei voluntatē: q vult ꝙ vnū mēbꝝ releuet aliud in necessitate. Tertio ꝑꝑ adimpletionē celestis curie: qua cōpleta adimplebit gloria eoꝝ. Seu orant ꝑꝑ augmentationē numeri ciuiū supnoꝝ: ex qua crescit in eis aliquod singulare gaudiū ⁊ accidētale. ¶ Premisso igitur vt pꝫ ꝙ sci ex charitate pro nobis orāt vt saluemur si querit. An qsqꝫ ⁊ ꝑcipue peccatoꝛ debeat spāliter scōs exorare: vt ipsi orent ꝑ eo corā diuia maiestate. Rn̄dit dn̄s Bon. i. 4. di. 45. ar. 1. q. 4. i corpore. q. di. Cū q̄rit an sit vtile ⁊ necessariū rogare scōs vt ipsi deuꝫ rogēt ꝑ nobis. Rn̄deo ꝙ sic: qꝛ deus decreuit ⁊ voluit ꝙ scōs rogemus triplici rōne. s. ꝑꝑ nr̄am inopiā: ꝑꝑ scōꝝ gloriā: ꝑpter dei reuerētiā. ¶ Primo ꝑpter nr̄am inopiā in merēdo: vt vbi nr̄a nō suppetūt merita patrocinent aliena: ꝑpter inopiā in ꝯtēplando: vt q nō possumus summā lucē aspicere i se aspiciamus in scis: ꝑpter ēt nr̄aꝫ inopiā ⁊ miseriam in amādo: qꝛ miser hō aliqñ sentit se magis afci circa vnū scm̄ ꝙ ēt circa deū: ⁊ io cōpassus nr̄e inopie voluit nos rogare scōs. Ac ꝑ hoc pꝫ primū argumētuꝫ ꝙ ille q ante idignus erat grā dei rogando scōs eius eoꝝ patrocinio efficitur dignus. ¶ Scōa cā est scōꝝ gloria: qꝛ deus vult ipsius scōs glorificare: ⁊ ꝑ eos miracula facere in corporibus ⁊ salutē in aiabus: vt ipsos laudemus. Et hoc nō tm̄ ꝑ sūmos scōs sꝫ ēt ꝑ infimos. Un̄ sicut aliqs saluat corporaliter inuocādo Linū ⁊ nō iuocādo Petrū. Alius ecōuerso: sic fit ēt spūaliter. ¶ Tertia causa est dei reuerentia: vt peccatoꝛ qui deum offendit per sanctoꝝ patrociniū: audeat a deo gratiaꝫ implorare: q in ꝑpria ꝑsona non audent ad deum intercedere. h Bona. ad lrām. Pꝫ igitur qsqꝫ aliqueꝫ scm̄ inter ceteros spāliter habere in deuotione: ad queꝫ fundat preces suas. Sic enim ꝯsulit Job. 5. vbi dr̄. Uoca ergo si est qui tibi rn̄deat: ⁊ ad aliquem sanctoꝝ conuertere. h ibi. Si vlterius quereres an sci obtineant a deo gratias: quas ab eis postulans presupposito ꝙ sint nostre saluti expedientes. Respondit Bonauentura vbi supra ar. 1. q. 1. di. Obtinere aliquid potest quis dupliciter: Aut per viam iustitie: ⁊ meriti. Aut per viam gratie: ⁊ supplicationis: sicut in curia summi pontificis: quedam beneficia obtinent de gratia tantum quedam merito: ⁊ isto vtroqꝫ modo

sancti obtinent pro nobis orantes: qr iuuant nos merito quod meruerunt in carne: & iuuāt nos voto vel oratione: quā nunc pro nobis fundūt ad deuz. Et ex his duobus semp est efficax intercessio eorum. Sed eorum intercessio per modū meriti: est oratio interpretatiua: & semper exauditur quantū est de se. Non tñ semper impedientibus demeritis nris. Intercessio vero p modum voti: est oratio vera & semp exauditur: qr non optant nisi qd sciunt deum velle fieri: vel simpliciter: vel eis orantibus. b Bon. ad litteram. Concordat Ricar. e. di. ar. 1. q. 3. in corpore. q. Et lz oēs sci debeant orari: tñ spālissime dz quisqz iustus & peccator hre gloriosissimā virginez Mariam in suā deuotam: cui dictum fundat preces suas: qm ipsa sola est potētior ad impetrandū gratias: & salutem oibus alijs sanctis. Cuius oratio ante deū nunqz est vana: sed sp exauditur: dicente Ber. super cant. Securz habes o homo accessum ad deū: vbi habes matrē ante filiuz: filiū ante patrem: filius ostendit patri latus & vulnera. Mater ostendit filio pect' & vbera: nul'a ergo poterit ibi esse repulsa: vbi sūt tot caritatis insignia. hec ille. ¶ Ex pdictis igitur pz qualiter diuina clementia non tñ saluat peccatores p orationem hominū iustorum adhuc in hac vita mortali existentium: sed insup: r eos magis saluat per orationes beatorz: seu ciuium supernorum: & sic etiam ex oibus supradictis: vt correlarie loquar. pz prima diffinitio generalis de sacratissima fide: & per pñs etiaz pz tertius respectus. vz diuine influxionis seu clementie: in quo clare monstratū fuit per. 7. effectus ipsius diuine clementie qualiter quisqz in futura quadragesima faciliter poterit gratiam dei recipere. Et remissionem peccatorum: quas septem clementias simul cū gratia & remissione peccatorum: nobis largiri dignetur actor omnis clementie & gratie: Jesus Christus dñs noster: qui in trinitate pfecta viuit & regnat deus: p ifinita scla sclorz. Amē.

¶ Dominica in sexagesima de quiditate essentiali sacratissime fidei Sermo octauus.

Semen

cecidit in terrā bonam: & ortuz fecit fructū centuplum. Luc. 8. & in euāgelio occurrentis dñice. Post expositionem litteralem sacri euangelij & insuper moralem qz Salua. ponit. possumus etiā super hanc parabolam qdam facere spiritualem expositionē vel significationez. Spūaliter igit hanc parabolam intelligēdo p semen materiale habitus sanctissime fidei intelligi pōt. per agrū in quo seminatur: cor humanū in quo habitus

infunditur. Per seminatorē hu ius seminis non imerito sanctissimam trinitatē intelligimus. patrem vz: ⁊ filiū: ⁊ spm̄ sanctum. tn̄ trinitas simpliciter est vnus deus. Sic enim dr̄ prime Joan. 5. Tres sunt q testimoniuz dant in celo. Pater verbū ⁊ spiritus sanctus. ⁊ hi tres vnuz sūt. Hic ergo seminator semen suū in quatuor partes dispersit ⁊ seminauit: seu semen a deo seminatuz in quatuor partes est dispersum. Prima pars seminis cecidit secus viaz: ⁊ conculcatū est ab hoibus ⁊ volucres celi comederūt illud. Hoc modo semen sacratissime fidei per similitudinem cecidit sup viam. Et volucres celi comederūt illud: ⁊ q ab hoibus dicitur conculcatuz: hoc est fides q̄ apostoli seminauerunt in Jerusalem in saracinea: in turchia: ⁊ in ceteris partibus Asie: p eo q sic eis preceptum fuerat a seminatore xp̄o Matth. vlti. Euntes inquit in mundū vniuersuz p̄dicare euāgelium oi creature: qui crediderit. i. fidē meam susceperit: ⁊ baptizatus fuerit saluabitur: q autē non credi. ɔdē. Hec ibi. Quod etiā fecerunt dum p oēs mundi partes Christi fidē predicauerūt: propħa attestante: q ait. In oēm terrā exiuit sonus eoꝝ: ⁊ in fines or. terre verba eoꝝ. Huius aūt pars seminis dr̄ ɔculcata ab hoibus: insup ɔsumpta a volucrib⁹. Per volucres intellige demones qui ħ3 Apostolū vsq3 ad diez iudicij volant. i. discurrunt per mediā regionem huius aeris caliginosi: per oēs vias homines conculcantes. vel per volucres comedentes hoc semen fidei: intellige iniquissimū Machometum cum sequacibus suis: qui simul cū operatione demonū totā fidem quaz apl'i in partibus illis p̄dicauerant: ɔculcauerunt ⁊ despexerunt: ⁊ aliā: sed falsam seminauerunt. Ecce iā q spūaliter prima pars seminis seminati. i. sacratissime fidei totaliter cōculcata est. Ita q cuz essent. 5. patriarchatus. videlz Jerosolo. Cōstantinopolitanus: Anthiochenus: Alexandrinus: ⁊ Romanus fides scissima soluz viget in p̄iarchatu romano. In ceteris vero quatuor totaliter conculcata est.

¶ Scda pars seminis dr̄ cecidisse sup petraz ⁊ natuz aruit: qr nō habebat humorez. Per semen autē qd̄ cecidit sup petram: itellige fidē sacram quaz seminauit xp̄s simul cum apostolis in petrosis cordibus populi iudeoꝝ: qui pricipaliores ⁊ doctiores in lege: cum p veram fidē ⁊ doctrinam xp̄i cognouissent ipm̄ xp̄m esse veꝝ dei filiū: tn̄ inuidia ⁊ superbia excecata lumen iam acqsitum ab eoꝝ cordibus totaliter ē eradicatū: ⁊ in tanta duritia ⁊ obstinatione persliterunt. q extunc vsq3 nunc nunq̄ verā xp̄i fidem suscipere voluerunt: nec insuper in xp̄m postea voluerūt credere. Sed nouū Messiā vētuꝝ expe-

erant. Cum tñ allus [Messias] minime sit venturus: nisi ille q iam venit: vz xps dñs. Et ideo de ipsorum duritia i qua arúit semen vere fidei prophetauerat. Job. 41. c. Cor eius. s. iudaici populi indurabitur quasi lapis: ꝛ stringetur quasi malleatoris inchus. Et Zach. 7. de ipsis dicitur. Posuerũt cor suum sicut adamantem. Super que verba Hieronym⁹ ait. Adamas est lapis fortissimus: ꝛ intantum durus vt oia metalla confringat: ꝛ ipse a nullo ꝯfringatur. Unde a grecis indomabilis dicitur. Sed ꝛ si durissimus sit hircino tñ sanguine frangibilis est. Cor aũt obstinati adamante durius est: quod a nullo frangitur: nec etiã emoliri potest sanguine xpi. hec ille. ¶ Tertia pars seminis dr: ꝛ ex orte spine suffocauerunt illud. Per spinas itelli ge iniquas heresés xpianoꝝ diuersorum. Qui cuz in baptismo veꝝ semen fidei susceperint: tñ postmodum in adulta etate crescentes hereses in cordibus eoꝝ suffocauerunt ꝛ perdiderunt omne lumen vere fidei: ꝛ sic hec tertia pars seminis. s. vere fidei simul cum ceteris duabus precedentibus nullum fructum boni operis dicitur fecisse. ¶ Quarta denique pars huius vere fidei dicitur cecidisse in terram bonã. i. in cordibus bonoꝝ xpianorum. Et sic ortum fecit fructum centuplum. i. humana aia repleta est omnibus virtutibus ꝛ gra dei. Et insuper meritis copiosis: qm simpliciter talis fides facit opera meritoria apud deum. Post hanc igitur spiritualem sacri euãgelij expositionem: ex quo in precedenti hebdomada declarauimus vnam significationem siue diffinitionem non essentialem sacratissime fidei. volens prosequi tractatum nostrũ hoc mane deo dante declarare incipiam ipsius sacratissime fidei quidditatem ꝛ diffinitionem essentialem: que ꝑfecto simul est valde vtilis ꝛ delectabilis. Et insuper valde subtilis ꝛ speculatiua: de qua tractare intendens: non incongrue assumpsi supraposituz thema. vz. Semen cecidit i ter. bo. ꝛ or. fe. fruc. centuplũ. Quod vtique thema per totam hebdomadam sequentẽ congrue assumi poterit. Super que verba ponens essentialem diffinitionẽ ipsius sanctissime fidei. ceteris obmissis diffinitionibus: dico cuz paulo ad hebre. xi. Fidem ipsam diffiniente. q fides est substantia rerum sperandaꝝ: argumentum non apparentum. In qua diffinitione quatuor articuli precipue sunt declarandi. ¶ In primo articulo declarabitur quid significatur ꝑ illa verba Fides est substantia. ¶ In secundo articulo declarabitur qd significatur ꝑ illa verba. reꝝ sperandaruz. ¶ In tertio articulo declarabitur. quid significatur ꝑ illud verbũ argumẽtuz. ¶ In quarto articulo ꝺclarabit.

quid significat p illud verbū nō apparētius. Quib⁹ articulis declaratis sufficiēter apparebit substantia ⁊ essentia qdditatis ⁊ diffinitionis ipsius sacratissime fidei.

¶ De quatuor articulis ex quibus declarat tota essentia diffinitiōis ipsius fidei: ⁊ pmo de prio.

Primu⁹ igitur articul⁹ hoc mane simplicit: ⁊ solū declarādus: ē videre quid significetur per illud verbum diffinitionis ipsi⁹ fidei. vz. Fides est substātia. ⁊ certum est q substantia fm pħm simpliciter dicitur a substando: quēadmoduz p similitudinem etiam fundamētū dom⁹ dicit substare parietibus ⁊ tecto. Triplici igitur respectu p nunc Apo. fidem substātiā appellat. seu fides substātia dicit: quoz videlicet. Primus dicit respectus causalitatis. Secund⁹ di cit respect⁹ necessitatis. Terti⁹ dicit respectus cōseruabilitatis.

¶ De triplici respectu quo fides substantia dicitur. Et primo de prio q dicit respect⁹ causalitatis.

Primus igitur respectus quo fides ab Apost. substātia eē dicit est respectus causalitatis. Sicut enim ⁊ infra clarius patebit substantia per accidens dicitur esse causatiua accidentium. Et fundamentum domus dicitur per accidens esse substantia causatiua tecti ⁊ parietum. Sic fides dicitur esse: quedam spiritualis substantia causatiua ceterarum virtutum: tam moralium q theologicarum: precipue infusarum. q autem fides sanctissima dicatur esse substantia seu fundamentum ceterarum virtutum causatiuum: seu a qua cetere virtutes non immerito descendant: quadrupliciter probo. Prio auctoritatibus. Secundo ratione. Tertio distinctione. Quarto similitudine. ¶ Primo dico q fides dicitur substantia seu fundamentum: ex quo cetere omnes virtutes creantur. Seu est fundamentū ois grē gratū faciētis: ois meriti: atq ois future glorie. ⁊ hoc probatur auctoritatibus. Nam Aug. in lib. de fide ad petrum ait. Fides est bonorum omnium fundamentum: humane salutis initium: sine qua nemo potuit vnq ad filiorum dei numerum puenit. hec ille. Paul⁹ ēt. i. cor. 3. ait. Ut sapiēs architector fūdamētū posui. i. fidē. Et paulopost dic. Fūdamētū aliud nemo pōt ponere preter id qd positū ē: qd est xpus iesus. Ubi Gregori⁹. ⁊ ponit. j. q. j. c. Cu paul⁹ ait. Cū paulus dicat q fundamētū aliud nemo potest pōere pter id qd positū est. cōsequēter pbat. q vbi xps nō est fūdamētū fidei: nullū pōt eē boni opis edifi. iū. hec ille. Itē Jo. Cri. sup Matth. ait. Fides ē xpiane religiōis cūctarūq virtutū pmū ⁊ stabilissimū fūdamētū. Aug. ēt li. de verbis dñi. ait. Fides ē substātia ⁊ fūdamētū toti⁹ boni spūalis: pterquā nihil ē

quod bonū sit. Idē quoqꝫ Aug.
sup Io. ait. Quicqd gratie: qcqd
meriti. qcquid virtutis: quicqd
beatitudinis aia susceptura est: to
tū ex fidei substātia fundamētoqꝫ
ꝓcedit. hec ille. Dyon. insup in
sentētiis suis dić. Fides ē manēs
credētiū fundamētū atqꝫ substā-
tia: collocās eos in virtute. De
niqꝫ magistralit etiā fides sic de-
scribit. Fides est virtus qua ea q̄
ad fundamētū religionis ptinēt
recte firmiterqꝫ credūtur: ꝛ sic
ex ꝑfatis auctoritatib' pꝫ itentū.
¶ Scđo idez sic probo vnica rō
ne. vꝫ ꝓcessionis. Fūdamētū rō
nis ponit phs scđo Metha. di.
In nullo genere causaꝝ ꝯtingit
ire in infinitū: Sed ē deuenit ad
aliqđ primū in illo gener. ex quo
etiā oia illius generis descendāt.
Vñ est deuenire ad primū effici-
ens: ꝛ ad primū finem. hec ibi.
Dicit aūt ꝑcipue q̄ i oib' ē deue
nire ad aliqđ primū in illo gener
ꝛ non ire in infinitū: qꝛ si aliquis
veller ire ꝛ procedere in infinitū:
ꝛ nullū principiū pōere seu cām
ex q̄ effectus reꝝ descedāt. Talis
apud phos tanqꝫ ignarus ꝛ insi
piens censeretur ꝓpter qđ phs
j. Phisicoꝝ dicit. Cōtra negātē
pricipia nō est disputādū. Et Cō
mē. super. 5. Meth. ait. Qui ne
gauerit primū principiū in oi ge
ner reꝝ: ipossibile ē cū phari. Et
qꝛ ꝫm phꝫ. xi. Meth. Diuersoꝝ
diuersa sūt pricipia. Et. j. Poste
rioꝝ. ait. Impossibile ē oiuꝫ eadē
esse principia. Hinc est q̄ duode-
cim modis sñia phi verificat. vꝫ
q̄ in oi gener reꝝ ē inuēire vnā
primā causāꝫ a q̄ oēs illius gene
ris descēdūt. patet ergo ꝑmo nu
meraliter. vꝫ in numeris. Nā in
numeris ponitur prima vnitas:
a q̄ oēs cetere sequētes ꝓcedūt.
Vñ phs đ celo ꝛ mūdo. ait. Vnū
ē ꝑus multis: a quo ꝛ multa de-
scēdūt. sic etiā simplex ꝑus est cō
posito. hec ibi. Et. 10. Meth. dić
Numer' ē vnitatū pluralitas: ꝛ
numer' est multitudo vno mēsu
rata. Scđo patet materialr. Naꝫ
radix arboris ē prior stipite. ramis
frondib'. florib'. a qua tāqꝫ a cau
sa ꝑncipaliori predicta omnia de-
scendāt. ¶ Tertio nāliter Ꝓ ro-
inde phus. 10. Meth. ait Pria
principia reꝝ oium naturaliū sūt
tria. vꝫ materia forma ꝛ priua-
tio. Et ꝑmo phisycoꝝ dicit. Tria
sunt principia q̄ nō fiunt ex aliis:
nec fiūt ex alterutris. Sed ex his
dicūtur fieri alia. hec ibi. Et no-
ta: q̄ ꝑuatio dicit etiā eē vnū prin
cipiū nature: qꝛ priuatio vt dicit
3. de aia. Cognoscit p habitum ꝛ
habitus quodāmodo fundat sup
priuatiōe. Unde habitū pietatis
ꝑcessit priuatio ipsius ¶ Quar-
to virificat regula phi scialiter:
seu subtiliter ꝛ speculatiue. Vñ
phs. 4. Metha. dicit. Pricipia
speculatiua sunt de quolibꝫ dicit
esse vel nō eē: ad que sequunt ter
mini ꝛ qōnes. Quod confirmās
Tho. scđa scđe. q. 4. arti. j. in cor
pore. q. dicit. Qđ prima princi-
pia indemōstrabilia sunt subiecta

scientie.s.primū quod ē in nobis de sciencia sunt huius pncipia: et in eoꝝ virtute cōtinetur omnis sciētia: et oēs questiones. ppter qđ phus primo posterioꝝ.ait. Ois sciētia psupponit subiectū et principiū a quo ē. ¶ Quinto virtualiter seu moraliter id est p quattuor virtutes cardinales et morales. Vn̄ phus.6.Eth.ait. Uirtutes oēs inerūt prudentia existēte: qꝛ nulla erit prudētia nō existēte: qꝛ prudentia est recta ratio agibiliū. sine q̄ nulla virtus recte operatur. ¶ Sexto virificatur artificialiter. Nam videmus q fundamētum domus est prius suis ptibus et tecto sup qđ ptes dom⁹ et tectū fundantur. ¶ Septimo ciuiliter. quod sic patet: quia dn̄s pcedit seruos et est causa ipsoꝝ: serui vero dn̄z subsequuntur. Itez videmus q ab aliquo dn̄o seu dn̄atione pcedit q aliquis fit in arte militari capitaneus generalis: sub quo ordinatur caput squadre: deinde armigeri: postmodum saccomani. ¶ Octauo pcessionaliter. p eo q nō tm̄ qđlibet genus aialiū pcessit ab vno principio. Sed etiam totum genus humanū pcessit ab vno hoie.s.Adam et Eua. qđ sic pz. Cū enim bm̄ phm̄.2. de aia. Nihil generet seipm̄. ergo vn⁹ generatur ab alio: et ali⁹ ab altero: et sic successiue opz pcedere vsqꝫ ad Euā et Adaz: a qbus totū genus humanū pcessit: qđ in genere ɔfirmans auctor.6. pncipioꝝ dicit. Ois cōitas ex ad̄az singularitate descendit. ¶ Nono potentialiter p eo q cōiter oēs act⁹ cuiuslibet creature: a potētia descendunt: et originē trahunt ab illa. Vn̄ phs.9. Metha.ait. Act⁹ prior ē potētia rōne et substātia. Tpe vero ē qdez vt sic ē aūt nō. Ratiōe eni et notitia actus prior est: vtpote edificator: potente edificare. Tēpore ēt priora sūt actu entia. ex quibus fiunt q̄ potentia sunt. hec ibi. Itē ibidem dicit. Actus prior est potētia tpe. preaccipitur eniz actus alius ante aliuz. vsqꝫ ad eū qui est mouentis primi. Oppositū vero est qn̄ potētia et actus sunt in eodē: qꝛ tunc actus pcedit a potētia tanq̄ a suo principio. ppter quod etiā ibidē. vz.9. Metha.ait. Actus simpliciter prius est potentia ad actuz: potentia sp precedit actionem. i. opationē tpe: nō natura. hec ibi. ¶ Decimo mobiliter. i. bm̄ motuz. vnde phs.7. Phisicoꝝ dicit. In mouētibus et motis: non est pcessus in infinitū: sed est venire ad aliquez primū motorez a quo ceteri motus oēs descēdāt. ¶ Undecimo verificatur sermocinaliter. i. in sermonibus et orōnibus faciēdis: qꝛ cū in arte oratoria diuerse sīt ptes ɔcurrūt: necesse est q oēs ptes descēdant seu originē trahāt a phemio tanq̄ a suo pricipio. Vn̄ phs.3. rethorice sue ait. Prohemiū est principium totius orōnis. Et ibidem ait. Qui aliqd magnū dicturus est phemiari dz. Et ibidē inquit

sit. Prohemia veluti pricipia to tius orationis facere debent auditores: dociles: beniuolos: opti mos: ꝛ attētos. ¶ Duodecio po strēo verificat regula phi genera bilit .i. ꝗtū ad generationē cor poris hūani. Nā prima pars: seu primū membrū ex quib⁹ post modū omnes alie ptes ꝛ oia mē bra corporis humani descendūt ꝛ generant: est cor. vi. pho in .j. de iuuentute ꝛ senectute. Et etiā primo de aialibus. Cor est p̄mū ꝙ generat in aiali. Unde ē p̄nci piū venaꝝ ꝛ mēbroꝝ mot⁹ ꝛ sē sus in omnib⁹ animalib⁹ sangui nē habentib⁹. Uel dicas qd̄ etiā regla phi supernaturaliter verifi cari potest pro eo ꝙ a causa supna turali que deus est omnes crea ture supernaturaliter ꝓcesserūt: sicut effect⁹ naturaliter a sua cau sa ꝓcedit. Qd̄ confirmans phs p̄mo Metha. dicit. Deus videt oium rerum esse causa ꝛ princi piū. Et Plato in thimeo ait. Deus est oium rerū auctor ma xim⁹. Et ibidē dicit. O dij deoꝝ id est angeli: quoꝝ opifex ꝛ pat ego sum. Uos opera mea estis ſ; dissolubilia natura: voluntate ta men mea indissolubilia. hec ibi. Ex premissis igit .12. exēplis pa tet euidēter ꝙ regula phi que di cit. ꝙ in omni genere reruꝫ est in uenire primā cām: ex quib⁹ om nes effectus illius generis descē dunt. vtiqꝫ verissima est. Quib⁹ p̄missis arguo a simi li: ꝙ vꝫ i om ni genere virtutū cardinaliū in fusaꝝ. q̄ ſm Tho. p̄ma ſcđe. q. 63. ar. 4. sunt alteri⁹ speciei. p̄ci pue respectu finis a virtutib⁹ acq sitis ꝛ necessario ſm eūdē Tho. vbi supra. ar. 1. Cum ceteris vir tutib⁹ theologicis in anima īfūdū tur. oportet oino concludere ali quā esse virtutē priorē: seu prin cipaliorē omnib⁹ alijs virtutib⁹: taꝫ theologicis ꝙ etiam alijs mo ralibus infusis: a q̄ virtute tanꝙ a priori causa ꝛ fundamēto. ceteꝛ omnes virtutes taꝫ theologice ꝙ morales infuse trahāt originē seu procedāt. ꝙ si sic q̄ritur que sit prior ꝛ p̄ncipalior virt⁹ seu cau sa a qua cetere ꝓcedāt. ꝛ sup quā omnes simul fundent. Certe rn̄ deo ꝙ nō ē spes: nec caritas nec aliq̄ ceteraꝝ virtutū moraliū in fusaꝝ. ſ; simpliciter: hoc priuile gio: hac p̄rogitiua: hac dignitate hac deniqꝫ nabilitate ꝛ excellen tia gaudet sola ꝛ sāctissima fides. Nā ipsa certe prior est ꝛ pricipa lior inter omnes predictas virtu tes. Ipsa sola tāqꝫ regina ꝛ ducis sa ducatū tenet ꝛ pricipatuꝫ. pro eo ꝙ ipsa ut immediate declara bit est p̄or ceteris omnib⁹ virtu tib⁹: dico nā: ꝛ rōne: sed nō tēpe. Et insuper ipsa sola hoc mō di citur causatiua ꝛ generatiua om niū aliarū virtutū: ꝛ ꝙ sic sit pra ctice loquēdo ptꝫ. Naꝫ fides est causatiua spei in anima. Uā pri ma inchoatio reruꝫ sperādarū in nobis. est p assensuꝫ fidei que vir tualiter in se cōtinet omnes spe rādas res. prout ad litterā dicit

Tho. sc̄da sc̄de. q. j. ar. j. in corpore. q. φ. s. spes causetur ex fide. Et ration̄e assumit ab Augu. in encheridio dicēte. Spes nō pōt haberi de beatitudine. nisi p fidē credatur possibile: eo φ impossibile non cadit sub spe. Credit autem quisq̄ esse possibile beatitudinem habere ex diuina bonitate per fidē ergo. ⁊c. Similis fides est causatiua charitatis dei. vz ⁊ primi. Et ratio est quia voluntas non potest deū amare: nisi prius interius rectam fidem habuit de xp̄o ⁊ deo. Similiter ē causatiua fides ceteraꝝ virtutū moraliū. quoniā ex charitate a fide generata generātur p cōsequēs operationes virtutū moraliū. utputa. Prudētie: fortitudinis: iustitie: tēperātie: ⁊ huiusmodi. q̄ operatiōes sine eoꝝ habitib⁹ nequaq̄ haberi possūt. Ex qua ratione libet cōcludere φ sicut b̄m philosophū. 4. Metha. Substātia dicit̄ esse primū ens: seu prima causa. ex q̄ omnia alia dependent. Ita a simili: fides sanctissima est causa primaria. ex q̄ acquiritur spes: charitas: virtutes morales: gratia gratū faciēs ⁊ per consequens beatitudo.

¶ Tertio etiam probo distinctione. vz φ fides dicitur esse substātia: seu causa principalior inter ceteras virtutes. ex qua per cōsequens etiam cetere virtutes in anima causātur ⁊ generātur. Et dimissis distinctionibus q̄s ph̄s ponit. 5. phisy. ⁊ in post predicamentis. In qbus diuersimode demonstrat vnū esse p̄us altero: seu vnā causā eē priorē altera: simp'r accipiā distinctionē Aug. tanq̄ clariorē: ⁊ magis substātialē. Distiguit igit̄ Aug. sup gen̄. φ causa vna dicit̄ esse prior altera: ⁊ p cōsequēs aliaꝝ causatiua.

Prio eternitate. Scdo tp̄e. Tertio p̄fectiōe. Quarto origine. Prio dr̄ aliqd prius eternitate: ⁊ sic sol⁹ de⁹ p̄cedit oīa creata. Nō loquor d̄ ideis: q̄ ēt eterne sūt ⁊ que nihil aliō sūt nisi ip̄e de⁹: sz loquor q̄tum ad substantiam suam que fuit ab eterno ante omne tempus. Ecōtra vero substātie omniū creaturaꝝ sunt ⁊ fuerūt non in eternitate ante temp⁹. Ideo isto mō fides nō p̄cedit ceteras virtutes: q2 fides ifundit̄ in aiabus nostris ⁊ ēt cetere virtutes in tp̄e ⁊ non in eternitate. ¶ Secundo aliquid dicitur prius tp̄e simpliciter. Et sic flos simpliciter precedit fructum. Isto etiā secundo modo fides non dicitur esse prior ceteris virtutibus: ifusis immo oēs virtutes: tam theologice: q̄ etiam morales infusie: simul ⁊ semel in codē instanti tp̄e in aīa rōnali ab ipso deo infunduntur. ¶ Tertio aliquid dr̄ prius altero p̄fectione seu electione. Et sic fructus precedit florē: ⁊ merces laborem. Hoc aūt tertio modo fides nequaq̄ prior est charitate: immo simpliciter charitas ipsa prior ē fide: ⁊ spe: ceterisq̄ oībus virtu

Causa d[illegible]
Prius q[illegible]

tibus infusis. eo q fides & spes cetereq virtutes pficiunt p charitatē: q est nif & finis omniū virtuti. dicēte Aplo. j. ad Thi. j. Finis pcepti est charitas. Et. j. cori. 13. ait. Nūc aūt manēt fides: spes charitas. tria hec maior aūt hoꝝ est charitas. vel dicas. q sicut ordine perfectionis forma est prior materia. pfectum impfecto: Actus potentia ut habetur. 9. Metha. Sic charitas est prior fide & spe. Et ↄsequēs ceteris virtutib' ifusis. eo q tā fides & spes: q cetere virtutes pficiuntur per charitatem. ¶ Quarto aliquid dicit pri' altero origine: natura: seu ratione sic sonus precedit cantū: & lux splendorem: & substantia aie precedit potentias suas. Et hoc quarto modo dico q sola sanctissima. fides necessario precedit & est prior spe charitate. & p ↄsequens ceteris virtutib' infusis sicut materia necessario pcedit formā: & potentia antecedit actuz suuz. Ex quibus oibus colligitur q cū fides sāctissima sit prior natura ceteris virtutibus infusis p consequens cōcludo. q ipsa fides est fundamentū totius xpiane religionis: & ē fundamētū oiuz virtutū cardina'iū seu moraliū. vt puta: prudētie: tēpantie: fortitudinis: iustitie: & huiusmodi. inq̄ tū sūt virtutes ifuse. Est quoq fundamētū toti' meriti ↄdigni eterne vite. Est deniq fundamētum totius btitudinis seu felicitatis & future glorie, sine quo fundamēto nec charitas infundit in aia: nec cetere virtutes. Sine quo fūdamēto non pōt haberi gratia gratū faciēs: nec vlluz meritū eterne vite cōdignuz. Sine quo fundamēto nullatenus etiā potest haberi futura gl'ia seu eťna beatitudo. Et i hoc apparet maxima nobilitas fidei: cū deus eaz solā cōstituerit fundamentū & principiū oiuz virtutuz infusaꝝ: omnis gratie gratū faciētis: omnis meriti: atq omnis future glorie. Ex q̄ etiaz distinctiōe patet: qualiter fides cū sit prior ceteris virtutib' nā & ratione: & per consequens debet esse ceterarū virtutū oiuz causatiua. ¶ Quarto deniq hoc idez pbo similitudine. Naz Ambro. in Examerō. dic. Sicut bon' artifex primo fūdamētū ponit. Et fundamēto posito: edificationis mēbra distēdit: & sup ponit. Vel de ornatū adiūgit: sic ecclesia militans primo ponit in aia fūdamentū fidei. qd est iesus xps: qui est tanq̄ lapis primari' de quo p̄mo Coꝝ. 3. Apo. dic. Fundamētuz aliud nemo pōt. &c. Deinde ponit spez in summo tanq̄ lapidē angularez. De quo ad Ephe. 3. dicit. Ipo sūmo āgulari lapide xpo iesu. &c. Ipsa eni spes dicit lapis angularis: quia hominē cū fide disponit ad coniunctionem ipsius dei. Postremo ponit charitas in medio fidei & spei. tanq̄ quoddam: cementum: seu vinculū pfectiōis. De q̄ ad Collo. 3. dicit. Sup oia charitatē ha

bēte:quod est vinculū pfectiōis. Ex qua similitudie apparet q̄liter sanctissima fides est substantia toti' xp̄iane religiōis.i.fundamētū substans ceteris cūctis virtutib'. Aliaz similitudinē ponit Aug.sup Jo.di. Sicut in radice arboris nulla prorsus apparet species pulcritudinis: ⁊ tamē qcqd est in arbore virtutis pulcritudinis ⁊ decoris:ex illa pcedit. Sic ex fidei hūilitate q̄ iter omnes prior est : quicqd est meriti: qcquid ve btitudinis aīa susceptura ē:ab ea pcedit.h ille. Aliā deniq̄ similitudinem ponit dn̄s Jesus Matth.7. Assimilās fidez firme petre:supra quaz sapiens totaz domum suā edificet. Proinde Matth.16.dixit. Sup hāc petrā edificabo ecclesiam meaz. Petrā vocat firmitatē fidei in petro. Hoc fūdamētuz nō timet pluuiam:nec flūina: nec ventos nec mix:innixū est eni petre veritati. Proinde Matth.7.dicitur. Descēdit pluuia ⁊ venerūt flūina:⁊ flauerūt venti:⁊ nō cecidit domus.fūdata eni erat supra firmā petrā.hec ibi. Pluuia que de sursum venit est impugnatio aere potestatū. flūina q̄ de montibus descendūt. sūt psecutiones potentuz atq̄ superborum. Uenti dicūtur. Omnia tētationū genera:q̄ simul omnia nō possunt destruere structurā ⁊ edificium sanctarū virtutuz infusarum. eo q firmissime supra petraz sancte fidei fundate sunt.

Aliam postremo sāctissime fidei similitudinē.ponit phūs.7.Metha. Et etiam Commentator super scd̄o d̄ anima. dicētes. Substantia est prior omni accidēte cognitiōe diffinitione ⁊ tempore. Accidens aūt s̄m Porphirium li. vniuersaliuz.c.d̄ accidēte. Est quod adest ⁊ abest pter subiecti corruptionem. Et quoddā est separabile.vt dormire:quoddā inseparabile:vt nigredo corui pōt tamen coruus itelligi albus ⁊ p̄ter nigredinem.hec ille Et phs prio Phisicoz. ⁊ primo Posteriorū distinguit dicens. Accidens est duplex.s.separabile:⁊ ppriū. Quibus premissis dico q substantia prior est accidēte separabili tempore ⁊ natura: put est anima.quia substātia anime in q̄ fundantur habitus virtutuz ⁊ scientiaz.prior est natura ⁊ tempore ipsis virtutib' ⁊ sciētijs. Similiter substātia corporis prior est accidentibus suis tēpore : ⁊ natura.utputa nigredine ⁊ albedie:⁊ huiusmodi. Talia accidētia que sunt posteriora tēpore:⁊ ratione ipsis substantijs.vtiq̄ sunt separabilia ab eis.pt quia albedo ⁊ nigredo interdū adsunt ⁊ iterdum recedunt. Similiter habitus sciētiaruz etiaz separabiles sunt ab ipsa potētia intellectiua. Aliqn̄ per vehemētē egritudinē corporis: Aliqn̄ vero ex lōga dissuetudine nō recogitāti. Similiter est de habitibus virtutū:qm̄ p contrariā ꝯsuetudinē vitiorū

perduntur. Aliqñ vero substantia est prior accidente nõ tempore: sed simplici er natura ꝛ ratione: ꝛ intelligi de accidente inseparabili. Nã accidens inseparabile in homine. put ē risibilitas: hoc enĩ nũꝗ potest ab homine separari. Unde null⁹ est homo vel fuit vnꝗ: qui ꝛ si non riserit. sicut dicit fecisse xp̃s seu scientiaȝ non didicerit: ꝛ virtutes non habuerit. tamen aptitudinē ridendi: scientiã addiscendi: ꝛ virtutes acquirēdi semper habuit. Per qḋ pbus. j. Phisy. dicit. ꝙ. accidentia ppria: ꝛ pprie passiones nũꝗ separant a suis substãtijs. Talia enĩ accidētia inseparabilia: vtiqȝ ratione ꝛ natura sunt posteriora ipsa substãtia: quia sicut substãtia anime est prior rõne ꝛ natura. nõ tempe ipsis potentijs. que sunt intellectus ꝛ voluntas. Sic substantia hominis in qua fundat risibilitas ꝛ disciplinabilitas ē ꝑor ratiõe ꝛ natura ipso accidēte inseparabili. qḋ est esse risibile ꝛ disciplinabile. ¶ Ex qua etiã similitudine concludo ꝙ cũ cetere virtutes vt ō dictũ est. sint in anima sicut quedã accidentia fundata super substantia: ꝛ habitus etiam ipsius fidei: propter hoc manifestum est: ꝙ fides ipsa prior est ceteris virtutibus natura ꝛ ratione. ꝛ per consequēs est causatiua oium aliaꝝ virtutũ. Et sic ex predictis auctoritatib⁹: rõne: distinctõe: atqȝ ꝗdruplici similitudine patet ꝗliter fides ē prior rõne ceteris virtutib⁹: ꝛ p consequens est causatiua omniũ virtutũ ĩfusaꝝ: ois gratie gratũ faciētis. omnis meriti atqȝ o is futur grie. Et ex hoc: o fides benedicta: o fides sancta: o fides amabilis: o fides super omnia desiderabilis apparet ꝙ inter ceteras omnes virtutes maxima precipue ē virt⁹ tua atqȝ potētia. Teste pho: q in primo de celo ait. Omnia pncipia sunt minia in quãtitate sed maxima in virtute. Et. 2. elenchoꝝ. dicit principiũ quãtitate minimũ est: potestate vero maximũ. Et sic etiã ex omnib⁹ supradictis patet primus respectus quo fides substantia dicitur.

¶ De secundo respectu quo fides substantia dicitur.

Secund⁹ etiã respectus quo fides ab Aplo substãtia eē dicit est respect⁹ necessitatis: qꝛ nõ tm̃ vt claruit fides necessario est prior ceteris virtutibus. Et insup causatiua ceteraꝝ virtutũ. Sed isup est summe necessaria ad ceteras oēs virtutes habendas. Sicut etiã fundamētũ domus dr eē necessariũ respectu suaꝝ ptiũ. sine quo pres eē nõ possent. hoc modo dicēdo a simili ꝙ cũ fides: vt declaratũ est sit substãtia ꝛ fundamētũ oium virtutũ: summe necessaria ē ad ceteras virtutes hñdas sine ꝗ impossibile ē aliquã virtutē ꝛ precipue infusaȝ haberi: qḋ tripliciter pbo. Primo auctoritate. Scḋo rõne. Ter

tio similitudine. ¶ Primo au-
ctoritate. Aug. sup epl'az ad gala.
vi. Sicut sine substātia fundamē
ti nulle ptes domus eē possunt.
sic sine substātia fidei nulla virt⁹
diuina ⁊ celestis eē pōt. Et iō nul
lū implet mandatū: nullūq3 op⁹
bonū facit. qui in se fidei substan-
tiā nō habet. ipossibile est eni3: vt
ait Apls. sine fide placere dō. hec
ille. ¶ Scdo hoc idē pbo vnica
rōne. v3. posteritatis. Fūdamen-
tū rōnis ponit phus pmo Prio
ru3. vi. In quolibet genere reꝝ:
q nō h3 priora. nō pōt habere po
steriora. patet hec regula. Qui
eni3 nō h3 arbore3: que est quid
prius nō pōt habere fructus po
steriores ⁊ qui nō h3 logica3 que
est clauis ad phiam ⁊ theologiā:
non pōt phiam nec theologiam
habere. Silr si cor nō generatur
qd est pncipium in toto homine:
impossibile est hre manus ⁊ cete
ra mēbra. ⁊ insup ipsa3 rōnalem
aiam. Quo presupposito certu3
est a simili: q q non h3 fide3 que
est substantia oiu3 virtutum: ois
gre: meriti: ⁊ glie. impossibile est
per ɔ̄ns q in se habeat aliquā vir
tutē infusa3: gratiā gratū facietē:
meritū ⁊ glia3. Ex quo etiā con
cludit q stantib⁹ terminis deus
nulli pōt infundere spē nec carita
tē: nec. 7. dona scī spūs. Nec in-
sup ceteras virtutes infusas nisi
talis p pus in se habeat virtualr
substātiā ⁊ habitū fidei. Ex quo
etiā elicitur q ex quo iudei: sara-
ceni: ceteriq3 ifideles. habitū ve-
re fidei nō hñt: ipossibile est eos
hre aliquā pdictar virtutum.
¶ Tertio deniq3 idē pbo simitu-
dine: q v3 substantia fidei oio est
necessaria ad habēdū ceteras vir
tutes. Sic enim se hñt accñtia tā
separabilia q iseparabilia ad sub-
stātiā sic oēs virtutes: precipue
ifuse se hñt ad substātiā fidei. Sz
clarū ē q remota substātia nulla
pñt hri vel eē accidētia: ergo a si
mili: remota substātia fidei: neces
se per ɔ̄ns oēs virtutes infusas
remoueri. Et q nulla accidentia
esse possint sine substātia: in qua
fundāt. p3 p phm. j. de gnātione
⁊ cor. vi. Accñs nullū esset substā
tia nō exñte. Quod sic etiā p3: qr
nulla est infirmitas: sanitas: albe-
do: nigredo: pulchritudo: ⁊ hu-
iusmodi. nisi sit corpus i quo fun
dētur: nec insup habitus sciar eē
poterūt: nisi habeat potētia itel-
lectiua in qua fundāt. Et. j. phy-
si. dicit. Accñtia nō possunt itelli
gi eē sine substātia: intellige per
nā3: qr bene supnaturaliter acci-
dētia panis ⁊ vini cōsecrati stant
sine subiecto in sacro altario. Et
2. topico. dicit. Accñtib⁹ solū ɔti-
git eē bm qd: ⁊ nō simplr. Et. 7
metha. ide3 phus dicit. Accñtia
nō stāt sine subiecto: neq3 sūt en-
tia nisi qr entis. Deniq3 in pdica
mētis ait. Impossibile est aliqd
accñs eē vnq nisi subiecto in quo
est. Quib⁹ pmissis cōcludo: q si-
cut nāliter nullū ē accidēs vel eē
pōt: nisi pus adsit subiectum: seu
substātia: i quo fūdet. Sic a simi-

ti spūaliter: cū oīs virt⁹ sit acciñs ipsi aie: ipossibile est φ insit aie vl la virtus: nisi per prius sit aliq̄ substantia siue fundamentū spūale: sup quo cetere virtutes fundētur: sed hoc necessario est fides: vt probatū est. ergo ⁊c̄. Et sic ex predictis pꝫ intentū. ⁊ sic pꝫ etiā scōus respect⁹: quo fides dr̄ substātia: q̄ dr̄ respectus nccitatis.

¶ De tertio respectu: quo fides substantia dicitur.

Tertius deniq̄ respect⁹: quo fides ab Apostolo substātia esse dr̄: est respectus cōseruabilitatis. Fides sanctissima vt claruit non tm̄ est necessaria ad habendū ceteras virtutes. nec insup tm̄ est cā pncipalior ceterarū virtutū causatiua: sꝫ insup est p̄dictorū oium cōseruatiua. Parū eniꝫ pdesset: nec quid laudabile eēt: φ substātia fidei eēt virtutuꝫ effectiua: nisi actualr̄ ipsas virtutes ꝯuaret i suo eē. Sicut nec etiā laudabile foret: φ terra eēt productiua plantarū ⁊ arborū: ⁊ p ꝯñs fructus: ⁊ etiā herbarū nisi etiaꝫ ea ꝯseruaret in suo esse. Dico igit̄ absolute φ substātia fidei ita conseruat virtutes in sua pfectione ⁊ bonitate: ne annihilentur ⁊ corrūpant̄: sicut etiaꝫ substātia mālis vt sic loquar: cōseruat sua accñtia in eorū bonitate ⁊ pfectione. φ hoc sit verū tripliciter pbo. Primo auctoritate. Scd̄o rōne. Tertio siīītudine. ¶ Primo pbo auctoritate sapiētis. Eccle. 32. dicentis. In omni ope tuo habeto fidem. Hec est eni ꝯseruatio mādatorū: vbi glo. dicit. Nisi diuinā fidem in te habueris: pcepta diuia vsq̄ in finem nūq̄ seruabis. ¶ Scd̄o hoc idē pbo vnica rōne. s. localitatis. Fundamentū rōnis ponit phs. 2. de aia. 4. physi. ⁊ i lib. de longitudine ⁊ breuitate vite. di. Locus ꝯtinens rē coopatur vel ad gnātioneꝫ: vel ad ꝯseruationē ipsius rei: eo φ in locis proprijs natura q̄libꝫ maxie saluat̄. Patꝫ hec regula q̄drupl'r. Et primo nāliter. Nā piscis vt videmus nāliter ꝯseruat̄ in aqua: rosa i spina. Et arbor in terra sibi pporcīuata. Oppositū fit si a pprijs locis remouent̄: vnde piscis si extrahit̄ ab aqua: ⁊ ponit̄ in terra: statim morit̄. Sir̄r si rosa est extracta a spina: statim marcescit. Sir̄r ⁊ arbor vel virgultuꝫ: si a locis pprijs remouent̄ statiꝫ morient̄. Scd̄o h̄ regula pꝫ ordinabiliter. Nā videmus φ armigeri q̄diu ordinate sequūnt̄ capitaneū sub quo sunt: seu consilium boni capitanei: primū ꝯualescūt. Econuerso vero si inordinate ⁊ suo mō facere volūt: statim confundunt̄. Tertio h̄ regula pꝫ artificialr̄. Nā videmus φ si semen ab agricola in terra bñ cultiuata ponat̄: que ē pprius eius locus: fructificabit optimū fructū. Ecōtra vero: si ponat̄ i terra nō laborata seu petrosa ⁊ spinosa: facit malū fructū; tā in paucitate:

q̃ in bonitate. Quarto hec regula deniq̃ p3 moraliter. Naz si religiosus stat i religione q̃ est locus eius respectu boni exempli: ꝛ ꝯsilij alioꝝ: ꝯseruat̃ in bonitate sue ꝓfessionis. Ecõtra vo si egreditur locũ sue religionis fit vn' ribaldus: ꝑdit oẽm bonitatem ꝛ virtutem. ꝓpter qꝺ beatus Antonius abbas dicebat monacis suis. Filioli videte ne egrediamini monasteriũ vestrũ: q: sicut piscis positus extra aquã moritur sic ꝛ monachus extra mõasteriũ suuz ẽt moritur. Propter h̃ oia etiã leuia tendũt sursuz: ꝛ grauia deorsum: vt d̃r. 4. celi ꝛ mundi. q: vadunt ad ꝓpriũ locũ in que melius ꝛ diutius ꝯseruant̃. His p̃suppositis dico q̃ a simili est de virtutib' ꝛ theologicis ꝛ moralibus infusis. Et etiã plerũq̃ non infusis: q: tãto magis ꝯseruant̃ in sua ꝑfectione ꝛ bonitate: quanto iugiter stant in loco suo nãli: q vtiq̃ est fides sanctissima: sicut supius ꝓbatũ est quã si qs remouerat a corde suo: statim in eo corrũpitur vel anullat̃ oĩs alia virtus infusa: ꝛ moralis: ꝛ acqsita. Sicut expresse videmus in multis: quĩ tñ fuerint: aut nimia supbia: aut nimia cupiditate: aut nimia lasciuia carnis deuicti: ꝓpter qꝺ nõ credũt aliã eẽ futurã felicitatẽ nisi simplr p̃ntem: statim deserunt oẽm virtutẽ: cunctaq̃ diuina ꝛ ecclesiastica p̃cepta: ꝛ supꝑdunt oẽs virtutes infusas: tam theologicas: q̃ cardinales: quas in sacro baptismo susceperunt.

Tertio deniq̃ ẽt ꝓbo sic iudicine. v3. q̃ fides ꝯseruat in aĩa oẽs virtutes. Nam Cõmentator sup 7. metha. dicit. Corruptis subiectis necessario corrumpunt̃ ꝛ oĩa eoꝝ accidentia. Et sic p3. Nam corrupto humano corpore statiz corrũpitur oĩs ei' pulchritudo: industria: ꝛ fortitudo. Ecõtra si corpus ꝯseruet̃ in suo esse: ẽt p̃dicta accñtia pro suo tpe itegra cõseruant̃ in eẽ. Silr durãte substãtia aĩe cu3 corpore ꝯseruant̃: ꝛ ei' accñtia q̃ sunt: risibilitas: ꝛ disciplinitas. q̃ si substãtia aĩe corrũperet̃: statim euanescerẽt: ꝛ p̃dicta accñtia inseparabilia. Silr si substãtia vel fundamentũ dom' destruit̃: statiz ruũt parietes ꝛ tectũ ipsius edificij. Ecõtra vero durante ipso fundamẽto: simul etiã durãt parietes ꝛ tectũ. Q̃ si sic est: ergo a siri de substãtia fidei dictũ est: qm̃ ipsa veraciter in aĩa durante: ꝛ existẽte necessario ꝯseruant̃ in ipsa aĩa: ꝛ cetere oẽs virtutes. Quare ex p̃dictis oĩb' p3: qualiter fides est cõseruatiua oium virtutũ in aĩa: ꝛ p ꝯñs p3 declaratio p̃mi articuli. In quo ꝑ triplicẽ respectũ declaratu3 est q̃liter fides nõ imerito ab Aplo substãtia vocat̃: quã substantiam vere fidei: simul cũ habitu oium aliaꝝ virtutu3: nobis concedere dignet̃: deus ipse q cu3 sit icreata veritas: est obiectũ singulariter ipsius fidei: cui sit semp honor ꝛ gloria in secula seculoꝝ. Amẽ.

¶ Feria secunda post dñicam sexagesime: iterum de diffinitione ipsius fidei Sermo nonus.

S Emen cecidit in terram bonã: et ortum fecit fructũ centuplũ. Luc. 8. et in euangelio dñice preterite. Quoniam vt extitit superius declaratũ: per semen bonum qd in terrã bonã cecidit: nõ immerito habitus vere et bone fidei intelligitur. Qui a deo per clementiã suam in terrã bonam humani cordis infunditur: et per quem fidei habitũ crescimus in sciarum virtutũ gratia speciali. Ideo congruenter et conuenienter: iterum thema predicte dñice reassumpsi. Semen est verbũ dei etc. Et quoniam super hoc themate proposui diffinitionẽ ipsius sacratissime fidei ab Aplo assignatã: quã declarare volens: demonstraui qualiter quatuor articuli erant specialiter super ipsa diffinitione declarandi. vz. qd significaretur per illud verbũ: fides est substãtia. Similiter super illud rerum sperandarum. Similiter argumentũ. Et etiam similiter qd significaretur per illud verbũ nõ apparentiũ: hinc est quod cũ primum articulum tantum declarauerim: in sermone hodierno decreui tantum secundum articulũ. de diffinitiõe ipsius fidei declarare qui talis est.

¶ De secundo articulo de diffinitione ipsius fidei declarando.

S Ecundus igitur articulus in hodierno sermone solum declarãdus: est videre qd significetur per illa verba diffinitiõis ipsius fidei. vz. fides ẽ substantia rerum sperandarum. Nam spes cõiter secundum doc. est simpliciter quedam expectatio nõ futurorum bonorum tantum: sed et presentium vel preteritorum: Ideo queritur cur Apls diffiniuit substanciã fidei per bona speranda et futura tantum: et nõ per presentia? Ad qd respondeo secundum doc. quod Apls sapientissimus conuenientissime diffiniuit essentiã fidei per bona speranda futura tantum: non per presentia triplici respectu. Quorum primus dicitur respectus proportionis. Secundus respectus significationis. Tertius dicitur respectus inductiõis.

¶ De tertio respectu quo fides dicitur esse substantia rerum sperandarum tantum: et primo de primo.

P Rimus igitur respectus quo fides ab Apostolo dicitur esse substãtia rerum sperandarum tantum: dicitur respectus proportionis. Volens enim Aplus recte diffinire ipsam fidẽ non erat decens neque conueniens cum fides sit simpliciter de bonis supernãlibus non visis quod diffiniret eã per bona presentia et nãlia. Et quod fides debuerit diffiniri simpliciter cũ obiecto bonorum futurorum supnãlium et nõ cum obiecto presentium et nãlium bonorum tripliciter ostẽdo. Primo auctoritatibus. Secundo rõne. Tertio distinctione. ¶ Primo probo auctoritate. Nam Augu. 22. de ciui. dei ait. Quod

deus preparauit diligētibus se:
fide non capitur: spe nō attingit:
caritate non cōprehēditur: desi-
deria ⁊ vota oia transgredit: acq
ri pōt: extimari non pōt. h ille.
Idē Augu. in lib. de vero cultu
ait. Nulli dubiū esse debet quin
de⁹ sit merces caritatis nre: ⁊ nō
aliā. Ipse eniz dixit Abrahe. No
li timere Abrahā. Ego eniz ero
merces tua magna nimis: ꝙ si
q̄ras qd ē de⁹: dico ꝙ qōdā bo-
nū quo mai⁹ excogitari non pōt.
Quid ē d̄us? deus ē qōdā bonū
increatū: oēm intellectū creatuz
excedēs. Quid ē deus? deus est
q̄dā possessio sanctoꝝ iterminata
⁊ īfinita. Quid est deus? deus ē
quoddā bonū: cui cōparata oia
alia bona: mala sūt. Quid ē de⁹?
deus est quedā dulcedo infinita:
viua ⁊ efficax ⁊ penetrabilior oī
gladio ancipiti. Quid est deus?
deus est quedaz caritas infinita:
⁊ quidam intimus amor: qui nō
ꝭm partem: sed ꝭm totū quātuz
in se ē hoīs aia se cōtribuit. Quid
est deus? deus ē quoddam sum-
mum bonum in se cōtinens om
ne bonum: a quo omne bonuz:
extra quod nullum est bonuz.
Quid est deus? deus est quoddā
bonum infinitū satians ⁊ replēs
oēz rōalē appetitū. Quid ē de⁹:
deus postremo ē quodā bonū:
de quo plene loqui nulla lingua
pōt: ⁊ nullus itellectus percipe.
h. Augu. Ex predictis auctibus
pz: qualiter Apls recte diffinit fi
dem esse substātiā reꝝ sperando-
rum futuraꝝ: ex quo etiā beatitu
do hoīs nō est in presenti sed sim
pliciter est futura. ¶ Scdō hoc
ꝓbo vnica rōne. vz. idēptitatis.
Fundamētū rōnis ponit Cōmē
tator sup. 7. ⁊ etiā sup. 10. metha.
dicēs ꝭm naz finis. Naliter de-
bent etiā esse ea que nāliter sunt
ad finez: hec regula pz. Naz vi-
demus ad oculuz: ꝙ ꝭm exigen-
tiam finis: cā efficiens eligit sibi
māam cōuenientez ad finez inten
tum qd̄ sic pz: q2 qui vult facere
instrm ad secandum lapidez: seu
hoc fine: vt secect lapidem: claꝝ
est ꝙ eligit sibi māam ferri aut al
teri⁹ metalli durissimā: q2 si mā
mollis esset poti⁹ cederet ꝙ sec-
caret. Itez si aliqs vult aliquid
duꝝ penetrare: requirit ad hoc
faciendum ꝙ instrumenti forma
valde acuta sit: qm̄ si forma esset
obtusa nequaq̄ eēt penetratiua
seu idonea ad penetrandū: Si-
militer si medicus vult expelle
re aliquā infirmitatē grauissimā
ab egroto: necesse est ꝙ ei medici
nā non leuē det seu paruā: sz for-
tissimā atq3 potētissimā q2 aliter
expelli nō posset. Quo ꝓsupposi
to certū est ꝙ beatitudo hoīs est
quoddā bonum summū nō visū
⁊ supnaturale: put dicit Ricar.
l. 4. di. 49. ar. j. q. j. ⁊. q. 2. Qd̄
confirmās Aug. dicit put reci-
tat Magister sniaꝝ in. 2. di. j. di
cens. Creauit deus creaturā rō
nalem: vt summū bonū intellige
ret: intelligendo amaret: aman-
do possidet: possidendo frueret.

b ibi. Et Boe. prosa.2.3.lib.ait.
Ois mortaliū cura quā multipli
ciū. studioꝝ laboꝝ exercet: diuer
so qdem calle ꝑcedit: sed ad vnū
tm̄ finē: eterne beatitudinis nitit
ꝑuenir. Et Aplus.j.corin.2.ait.
Oculus nō vidit: nec auris audi
uit: que preparauit deus diligen
tib' se. ꝙ si sic est. vz. ꝙ vltimus
finis hominis sit quoddā bonuz
inuisuz: ꝛ supernaturale: ꝛ sum
muz: ergo a simili fides diffinita:
cū sit habitus nō visus summus
ꝛ supernaturalis: merito debuit
diffiniri per substantiā futuroꝝ ꝛ
supernaturaliū bonoꝝ: ꝛ nō per
bona presentia que sunt visa mo
dica atqꝫ naturalia: qꝛ si aliter fi
des esset diffinita. vz. per bona
visa naturalia ꝛ ꝑsentia: nequaꝗ͂
talis diffinitio: cum nō esset con
ueniēs cuz suo fine bona fuisset:
nec ēt per bona visa ꝛ presentia
nequaꝗ͂ fides diceret. Sed poti
us scientia demonstratiua: quoni
am vt dicit. j. posterioꝝ. 6. et bi
coꝝ. Scia est habitus conclusio
nis demōstrate. ¶ Tertio deniqꝫ
ꝓbo distinctiōe. vz. ꝙ fides debu
it diffiniri cuz substātia ꝛ obiecto
futuroꝝ bonoꝝ: ꝛ nō presentiū.
Nam Tho. scđa scđe. q.17. arti.
2. querit vtrū vere spei que fidei
innitit possit esse aliud obiectuz ꝙ͂
bonū futuꝝ supnaturale ꝛ increa
tū: qđ deus est. Et r̄ndit dicens.
Spes deum attingit innitēs ei' au
xilio ad cōsequēdū bonū futurū
infinitū e seperatum: vnde opor
tet effectum esse cause proportio
natum. Et ideo bonū quod pro
prie ꝛ principaliter a deo sperare
debemus: est simpliciter bonum
inuisum ꝛ infinitum: quod vtiqꝫ
proportionatur virtuti: ꝛ cause
dei adiuuantis. Nā infinite vir
tutis est proprium ad infinitum
bonum perducere. hoc autē bo
num est simpliciter vita eterna:
nō vtiqꝫ ppter ipsuz mūdū: neqꝫ
enim aut colore solis: aut lune:
aut spiratione ventorū: aut hūore
imbriū: aut alimonia frugū: cuz
sensu careat indiget. Sz nec illud
quidē dici potest: qꝫ deus ppter
seipsum fecerit munduz. quoniā
potest eē sine ipso mūdo sic fuit
antea. Et his omnibus q̄ in mū-
do sunt queqꝫ generant. De⁹ ipe
nō vtit. Apparet ergo animātiū
causa mundū esse cōstitutū: quo-
niā rebus his quib⁹ ꝯstat animā
tes fruunt. Que vt viuere & vt
cōstare possent. oia his necessaria
temporibus certis subministrātur.

Rursus ceteros animātes hois causa esse factos ex eo clarū est: q hominī seruiunt ꝛ tutele ei⁹ atq vsib⁹ dati sunt. Et infra. Sicut ergo mundū nō ꝑpter se deus fecit. q2 cōmodis eius nō indiget. Sed propter hominē qui eo vtitur. Ita ipm hominē propter se que vtilitas deo in homine: ingt Epycurus. vt euz propter se faceret. s. vt esset qui eius opera intelligeret. qui prouidētiā disponēdi. rationē faciēdi: virtutē consumandi. ꝛ sensu admirari. ꝛ voce pro loqui posset: quorum omniū summa hec est vt deū colat. Is eniz colit qui hec intelligit. Is artificē omniū rerū. Is patrem suū veruz debita veneratiōe ꝑsequit: qui virtutē maiestatis eius de suorum operū inuentione. inceptiōe perfectiōe metit. Quod planius argumētū proferri potest: ꝛ mundū hominis: ꝛ homines sui causa deuz fecisse: q̄ q ex omnibus animantibus solus ita formatus est: vt oculi eius ad celum erecti: facies ad deū spectās vultus cum suo parente cōmunis sit. vt videat hominez quasi porrecta manu alleuatū ex humo ad contemplationē sui excitasse. hec Lact. Quare ex predictis rationibus patet qualiter humana felicitas: non consistit in visibilibus ꝛ presentib⁹ bonis. Sed simpliciter in inuisibilib⁹ ꝛ futuris. ¶ Tertio hoc idem probo distinctione. Ric. in. 4. distinct. 49. arti. ꝑmo quest. 3. i corpoꝛ quest. dicit. Cum queritur an beatitudo hominis possit eē aliquod bonū visibile ꝛ creatū: an simpliciter est bonū iuisibile ꝛ increatū. Respon. Beatitudo vite humane dupliciter potest accipi. Uno modo pro illo bono in quo ꝑfecte ꝛ plenarie quiescit humana vita. Alio modo ꝑ perfecta quiete humane vite in illo bono: que consistit in perfecta hominis coniunctione cum bono illo. ¶ Primo modo beatitudo est simpliciter quid increatuz. s. ipse de⁹. In nulla enim creatura ꝛ bono alio posset hō inuenirꝫ vnq̄ ꝑfectam sufficientiā ad quietādū ꝛ ꝑficiendū eum totum. Unde August. lib. j. confess. ait. Fecisti nos domine ad te: ꝛ iquietuz est cor nostrū donec requiescat in te. Igitꝫ eoipso q homo ſm animā fact⁹ est ad imaginem dei: tante capacitatis est: ut nullum bonum: possit ei sufficere preter sūmū ꝛ infinitum bonum. sicut dicitꝫ in libro de spiritu ꝛ anima ante medium. Beatitudo autem secundo modo accepta est aliquid existens in bono tanq̄ eius vltima ꝛ plena perfectio: ꝛ hoc est aliquid creatum. In nullo igitꝫ alio visibili ꝛ creato bono potest beatitudo hominis cōsistere. Hec Ricar. ad litterā. Aliā distinctionē breuē ꝛ auream ponit Thomas prima secūde. q. 2. arti. vltimo. in corpore quest. di. Cū qritur an beatitudo hominis possit consistere in aliquo bono visibi

¶ e creato. Respō. Impossibile est omnino ꝙ beatitudo hōinis consistat in aliquo creato bono: qa beatitudo est bonum perfectum totaliter quietens appetitū: alioquin nō esset vltimus finis: sed adhuc restaret aliqd appetēduz. Cūcta vero creata bōa si essēt in obsequiū hōinis non possent euz saciare. Et ratio ē qa obiectum voluntatis humane est vniuersale bonum sicut intellectus obiectū est uniuersale verū. Ex quo patet ꝙ nihil potest quietare voluntatē hominis: nisi bonū vl'e: qđ nō inuenit in aliquo bono creato sꝫ solū in ipso deo. di. ꝓpha Qui replet i bōis desideriū tuū. Et alibi saciabor cū apparuerit gl'ia tua. Et ideo sub figura dictum est. Exo. 33. Moysi desiderāti ꝑdictū bonū. Ascende ad me in mōte ⁊ ondā tibi oē bonuꝫ. Cum igitur ꝫm Boe. prosa. 2. lib. 3. Beatitudo hois sit simpliciť status quidam oiuꝫ bonoꝝ agregatiōe ꝑfectus: ⁊ talis agregatio sit simpl'r i solo deo. cōcludo pp hoc ꝙ beatitudo hois nō possit cōsistere i aliquo bono creato: sꝫ simpliciť in increato. hec Tho. finaliter. Ex predictis igiť auctīibus: rōnibus atqꝫ distinctionibus. pꝫ qualiter felicitas hois non pōt esse in p̄ntibus bonis: sed simpliciť in futuris. Et ꝑ ꝯn̄s etiā pꝫ scđus respectus. vꝫ significatiōis: quo fides ab Aplo diciť eē substātia rerū sperandaꝝ futuraꝝ. tantuꝫ.

¶ De tertio respectu quo fides dr̄ eē substātia reꝝ sp̄adaꝝ tm̄.

Terti' deīqꝫ respect' quo fides ab Aplo dr̄ eē substātia reꝝ sp̄andaꝝ tm̄ futurarum dicitur respectus inductionis. Regula est phi. 2. metha. ꝙ quodlibet obiectum mouet potentiam suā ad actum quod pꝫ. Nā cū son' seu vox sit obiectum potenite auditiue: si accidit ꝙ aliquis cum aliquo instrō seu ꝓpa voce facit dulcē cātū ⁊ sonū statim potentia auditiua moueť ad audiēdū eū. ꝙ si sic potentia sensitiua moueť ad proprium obiectū: a fortiori potentia intellectiua: ⁊ etiā volitiua dꝫ moueri ⁊ ferri i ꝓpriū obiectū: qđ est veꝝ ⁊ bonū increatū deserēdo ꝑpter hoc oīa alia obiecta sensibilia: visibilia: ⁊ atqꝫ creata. Et ideo cōueniēter Apl's diffiniens fidē: dixit eā esse substantiā reꝝ sperandaꝝ futuraꝝ: ⁊ nō p̄ntium: in quibus solū vt imediate claruit ꝯsistit humana felicitas: vt ex hoc hūan' itellect' ⁊ appetitus semp ꝑeligat ⁊ ꝑponat seu inducatur ad preeligendū seu ad ꝑponenduꝫ sp bona futura: ⁊ supnālia bonis p̄ntib' ⁊ naturalibus. Et q2 qsqꝫ debeat ⁊ teneať semp ꝑponere in actibus suis taꝫ intrinsecis q̄ȝ extrinsecis futura ⁊ supnaturalia bōa bonis p̄ntibus visibilib' ⁊ naturalib' tripliciter probo. Pͥo aucto ritatib'. Scđo rōne. Tertio exēplo. ¶ Pͥo ꝓbo auctībus.

Nā Matth.6. Sal. ait. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: vbi erugo & thinea demoli tur. & vbi fures effodiūt & furan tur: sȝ thesaurizate vobis thesau ros i celo: vbi nec erugo nec thi nea demolit̄: & vbi fures nō effo diunt neqȝ furant̄. hec ille. Apo stolus etiā ad col. c.3. ait. Si ɔsur rexistis cū xp̄o que sursum sunt querite: vbi xp̄us est in dextera dei sedens: que sursum sunt sapi te: nō que sup terrā. Arist. etiā li. de regi. pn. ad Alexan. ait. Noli appetere & querere qd̄ est cor ruptibile & trāsitoriū: sed para ti bi diuitias icorruptibiles & inmor tales: vitā inmutabilē: regnū eter nū: & dn̄atiorē gl̄iosam. Aug. etiā in i lib. de virginitate. sic dicit. Eternā gloriā semper pre oculis habeas: qm̄ tanta ē delectatio fu ture glorie: q̄ etiam si nō liceret amplius in ea manere nisi vnius diei hora: ppter hoc solū & innu merabiles anni hui⁹ vite pleni de licijs: & omni ɔfluentia bonorum tēporaliū recte: meritoqȝ cōtēne rent̄. h̄ ille. Idē quoqȝ Augu. li. 10. de ciui. dei. di. Tā delicata est futura beatitudo: tantoqȝ amore dignissima q̄ quicqd boni habe ri pōt i hac vita sine illa faciat ho minē miseꝝ nō beatum hec ille. Crisostomus ēt sup Matth. ait. Si quottidie oporteret nos tor menta pferre si ipsaȝ gehēnā par uo tp̄e tolerar̄: pro eo: vt xp̄m vi dere possemus in futuro iudicio venientē: & scōꝝ eius numero so ciari: nōne dignuȝ est pati oē qd̄ triste est mō: vt tāte futur̄ gl'ie pti cipes haberemur. hec ille. deniqȝ Greg. in omel. vnius martyris ait. Si consideremus frēs carissi mi: que & quāta sūt que nobis p mittuntur in celis: vilescunt aio oia que hn̄tur in terris. Terrena nāqȝ substantia supne felicitati cō parata pondus ē non subsidium: temporalis vita eterne vite cōpa rata mors est potius dicēda q̄ vi ta. Ipe eni quottidianus defect⁹ corruptiōis: qd est aliud q̄ quedā ɔplixitas mortis? Que aūt lingua dicere: vel qs intellectus capere sufficit illa supne felicitatis quāta sint gaudia. Angeloꝝ choris in teresse: cū beatissimis spiritibus glorie cōditoris assistere: psentes dei vultū cernere: incircūscriptū lumē videre nullo mortis metu affici: incorruptiōis ppetue mune re letari? Sed ad hec audita inar descit animus. Iāqȝ illic cupit assistere vbi se spat sine finē gau dere: sed ad magna pmia puenirē nō pōt: nisi p magnos labores. Unde Paulus egregius predi cator dicit. Non coronabit̄ nisi q legitime certauerit. Delectat igi tur mētē magnitudo premiorū: sed nō deterat certamē laboꝝ. h̄ Grego. Ex predictis auctoritati bus patet q̄liter quisqȝ tenet̄ ppo nere futura bona pn̄tibus bonis

¶ Scdō h̄ idē pbo vnica ratione s. cōparationis. Fūdamētū rōnis ponit phs. j. ethi. & phys. 2. 3. to pico. vi. Finis melior est omnib⁹

his que sunt ad finem. patet h regula. Nam innumerabiles ser ui ordinati ad finem seruitutis vnius domini: nihil fere habent nobilitatis & dignitatis per com parationem ad dominum qui est finis eorum. Insuper sanitas ad quam acquirendam ordinate sunt omnes medicine incompa rabiliter est melior omnibus si mul medicinis. Quo supposito certum est: q futura bona simpli citer: & non pñtia: sicut in prece denti monstratum est: sunt finis rationalis creature: ergo per cõ sequens sunt meliora incompa rabiliter oibus pñtibus bonis: p eo q hec bona presentia simpli citer ordinata sunt vt futura bo na acquirant. Sed manifestum est: sicut dicitur. 2. de generatio ne & corrup. Et in. 5. ethi. q na tura semper eligit quod melius est. Et in. j. ethi. dicitur. Ratio recta semper suadet & depreca tur ad optima: ergo pp̃ter hoc necessario concluditur q futura bona debent bonis pñtibus om nibus anteponi: cum incompara biliter sint meliora. q si quis op positum facit: non veram sed fal sam fidem in se possidet: ex qua ratione patet idẽ q supra. ¶ Ter tio deniq3 hoc probo vnico exẽ plo. Nam Crates philosophus thebanus. prout dicitur in lib. de vita & morib' philosophoꝝ: qui etiã fuit Zenonis preceptor: cũ valde virtuosus esset: magnũ auri põdus in mare proiecit, di. Abite pessime diuitie: ego potius vos mergã q3 ipse mergar a vo bis. Non eni3 putauit se posse si mul diuitias & virtutem possi dere. De ipso enim sic dicit Hie ro. & ponit. 12. q. 2. c. gloria epi. Crates ille thebanus hõ quõdã ditissimus: cum ad philosophan du3 athenas pgeret magnũ aurĩ pondus abiecit: nec putauit se di uitias simul & virtutes possidere. hec ibi. Et licet in aliquibus de cretis scriptum sit. Socrates ille falsu3 est: & venit ex vitio scripto rum: quoniam non fuit Socra tes: a sed Crates: sicut pdixi: q aurum in mare proiecit. Si igit pħs iste virtutes morales prepo nit cunctis opibus presentis vi te: fortiori quisq3 fidelis christia nus tenetur proponere futura & eterna bona omnibus presentib' & tpalibus bonis. Sic auctoritati bus rõne & exẽplo pmõstratũ est. Ex predictis igitur oib' patet ter tius respectus. v3. Inductiõis. quo fides ab Apostolo dicit esse substantia rerum sperandarum futurarũ tm̃. Et per ɔsequẽs pa tet declaratio scdi articuli. in quo p tertiũ respectũ declaratũ ẽ qlr fides nõ imerito dicit substantia rerum sperandarum & futurarũ: que bona speranda futura & inui sibilia supnaturalia ĩfinita & eter na nobis largiri dignetur omni potẽs deus: qui ẽ beatitudo atq3 felicitas omnium beatorum atq3 sanctorum: cui semper sit laus honor & gloria &c.

¶ Feria tertia post dominicā se-
xagesime de diffinitione ipsius
fidei. Sermo decimus.

Semen cecidit in terraꝫ bonā: ꝛ ortuꝫ fecit fructū centuplum. Luc. 8. c. ꝛ in euangelio ꝑterite dominice. Postꝙ̄ sufficiēter declarauimus duos principales articulos: in quibus monstratū fuit: q̄liter Ap̄ls conueniēter fideꝫ sanctissimā diffiniuit. di. ꝙ fides est substātia rerū sperādaꝝ ꝛc̄. Ubi d̄claratū ē: qd significetur per illud verbum substātia: ꝛ etiā qd significetur ꝑ illa verba sperandaꝝ: vt d̄ tota ipsius fidei diffinitiōe habeatur ꝑfecta scia: seu plēa cognitio ꝛ intelligentia. decreui ꝛ statui reliquos duos articulos non declaratos in sequentibus declarare. Quorum vꝫ primus: sed tertius in ordine talis erit.

¶ De tertio articulo de diffinitione ipsius fidei declarando.

Tertius igitur articulus i hodierno sermone soluꝫ declarandus: est videre quid significetur per illud verbuꝫ diffinitionis. vꝫ argumētū. Nam Apostolus in diffinitione ipsius fidei dicit. Fides ē substantia reꝝ sperandaꝝ: ꝛ statiꝫ subiūgit: di. armentū. Quero igit̄ qd significet̄ ꝑ illuꝫ terminū argumētum: seu q̄ro quo fine: ꝛ quo respectu Apostolus diffiniēs fidē dixit cā essentialiter esse argumētuꝫ non apparentū ꝛ certum est ꝙ diffiniuit eē argumentuꝫ triplici respectu. Prim⁹ dicit̄ respectus certificationis. Scd̄s dicit̄ respect⁹ exclusiōis. Tertius dicitur argumentationis.

¶ De triplici respectu quo fides dicitur esse argumentum: ꝛ primo de primo.

Primus igitur respect⁹ quo fides ab Ap̄lo d̄r eē argumentum: dicitur respectus artificationis. Fm̄ enim Albertū magnū in compendio: in tractatu de fide. Fides inq̄t dicit̄ eē argumentū nō apparentū: q2 fides sua luce ac virtute manifestat nobis certitudinaliter ea que non apparēt nobis: tāꝙ̄ si eēnt nobis apparētia. Manifestat aūt nobis ꝑcipue tria. vꝫ. preterita: presentia: ꝛ futura. ¶ Primo ꝑterita. Clarum est enim ꝙ secundum Bedam quatuor simꝰ creata sūt: vꝫ. Celū emphireū Chori āgeloꝝ. Mā ꝑma. Et tp̄s. Preteritū etiā ē ꝙ māꝫ postmodū diuersis formis repleuit: ꝛ d̄ tali ꝑteritareꝝ creatiōe. Et ēt de ip̄a ꝑmi parētis ex terra formatiōe: dicit̄. Geñ. j. In ꝑncipio creauit De⁹ celū ꝛ terrā scꝫ ex nihilo ꝛc̄. Predicta oīa preterita nobis nō apparētia fides demōstrat ꝛ manifestat tāꝙ̄ si ea actualit̄ videamus: di. Ap̄ls ad hebreos. xi. Fide intelligimus aptata eē secula. Et ecclesia cantat. Credo i vnū deū

patrem oipotentem: factorē celi ⁊ terre: visibilium ⁊ inuisibilium. Silr ⁊ pterita put sunt Incarnatio filij dei seu cōceptio ei⁹. Crucifixio. Resurrectio. Ascēsio. Atq; visibilis spūs. s. missio: hmōi fides sctissima nobis mãifestat. ¶ Scdo etiaz fides pñtia nobis demonstrat: lz visibilr nō sint nobis apparentia: put est q xps: totus realiter sit sub accidētibus hostie: seu put est q deus iuisibiliter res conseruat in eē: ⁊ insup magna puidentia eas regit: dicēte Augustio li. 5. de ciui. dei. Deus sūmus ⁊ verus: non solum celū ⁊ terraz: Angelos ⁊ hoies: sz nec etiaz exigui contēptibilisq; animātis viscera: nec auis pēnulā: nec herbe flosculū: nec arboris folium: sine suaz partiū pfecta dispōne ⁊ qlitate reliquit. h ille. ¶ Tertio deniq; fides benedicta certificat intellectū nostrū ēt de futuris: p eo q pfectionē beatitudinis firmiter credimus ⁊ intelligim⁹: ⁊ futurā oiu; mortuoꝝ resurrectionē: ⁊ isup vniuersale iudiciū: in quo ⁊ bonis in aia ⁊ corpoꝛ dabit eterna gloria. Malis vero eterna pēa: dicēte Athanasio i suo simbolo. Qui bōa egerunt ibunt in vitam eternā qui vero mala i ignē eternu;. Hoc Albert⁹ sentētialit Alex. vero d ales in. 3. pte summe. in tractatu de fide. Fides inquit dicit argumentū nō apparentū: p eo q tria que non sunt nobis visibiliter apparentia: prout sunt. 12. articuli: quos verbaliter explicauimus. Bona eterna: ⁊ rōnes credēdoꝝ. fides sanctissima credita nobis demōstrat. Nā. 12. articuli non sunt nobis apparentes. Bona ēt eterna seu futura felicitas nō sunt nobis apparētia: qz trāscendūt in pñti omnē naturalem intellectū. dicēte Aplo. j. corin. 2. Oculus nō vidit nec auris audiuit ⁊c. Deniq; rationes ipsoꝝ articuloꝝ ⁊ alioꝝ credendoꝝ nō sunt etiaz nobis apparētes: quod pz ad oculum. Nā quedā sūt veritates valide ⁊ apparentes. s. q deus est: ⁊ vn⁹ est: ⁊ omnipotēs est: qd etiam phi multis rōnibus pbāt. Sūt ⁊ alie rōnes credēdorū nō apparētes: sed valde debiles sm humanā rōnē: sicuti est credere tres personas esse simpliciter vnum deum. ⁊ credere q de nihilo ⁊ sine vlla mā pcedēte factus est totus mūd⁹: qd vtiq; est contra opinionē omniū phoꝝ dicēte pho. j. phys. sm oēs phosantes. Ex nihilo nihil fit. Similiter credere q de⁹ factus est hō: ⁊ q xps conceptus sit per spm scm: ⁊ q i cruce xpus esset beat⁹ in parte supiori: ⁊ i pte inferiori pateret ⁊ moreret. In talib; ⁊ similibus nō habēt nāles ⁊ apparentes rationes. Ex quibus patet: quare Apostolus dixit: q fides est argumentum non apparentium: qz tam articuli quam futura bona: ⁊ etiam rationes credendorum secundum humanam rationem sunt nobis in-

uisibilia ꝛ inapparabilia. Sed ꝙ uis intuitu humane ꝛ naturalis ratiõis: predicta sint nobis igno ta: tamẽ fides sanctissima nobis est manifesta: ꝛ de eis nos certificat. Itaqꝫ respectu trium pcedentium vꝫ. pñtiuꝫ: pteritoꝝ: ꝛ futurorum: seu ẽt articuloꝝ ꝛ rõnum credendoꝝ: atqꝫ futuroꝝ bonorum: fides dicitur esse argumentũ .i. certitudo nõ apparentium: Unũ fides dr eẽ certitudo articulorum credendorum: certitudo futuroꝝ bonoꝝ: certitudo preteritorũ. pñtiũ. ꝛ futuroꝝ. p eo ꝙ fides grã informata tm̃ robur pstat aie: ꝙ rõnes q̃ videnẽ ꝯgruitatis facit in intellectu eẽ necessitatis. Igit pp h̃ ꝯcludit ꝙ fides dr argumẽtũ nõ appentiũ qꝛ oẽs rõnes vel veritates que prius p nãꝫ nõ erãt apparẽter p fidẽ fiunt certitudinaliter apparẽtes ꝛ ꝙ fides realr sit argumẽtũ .i. ꝙ prebeat firmã certitudinẽ i itellectu hũano: de supradictis nõ appẽtibus: ac si appentia forẽt. qntuplr pbo. Primo auctib⁹. Scdõ rõne. Tertio distictiõe. Quarto silitudie. Quinto exemplo.

Primo pbo auctibus ꝙ fides ab Aplo ꝯueniẽter dicitur eẽ argumẽtũ .i. certitudo. Nã phs dissiniẽs argumẽtũ put recitat Alex. in .1. pte dicit. Argu. est ratio rei dubie faciẽs fidẽ ꝛ certitudineꝫ. h̃ ille. Iteꝫ Dyonisius de diui. no. c. 7. ait. Fides est manẽs credẽtiuꝫ: fundamẽtũ: ꝛ argumẽtũ i. certitudo collocãs eos in veritate. Itẽ quedã glo. super epłam ad Gal. ait. Fides argumentum est nõ apparẽtũ: qm̃ est firma inuisibiliũ certitudo. Ex q̃bus patet qualr fides certificat intellectuꝫ de nõ appẽtib⁹. ¶ Scdõ idẽ pbo vnica rõne que dicit causalitatis. Fundamẽtum rõnis ponit Auctor in libro de causis dicẽs. Nobilior causa sp nobiliorẽ producit effectũ. pꝫ hec regula. Naꝫ vitis seu vinea melior melius vinũ pducit: ꝙꝫ vitis vel vinea minus bona. Similiter melior arbor facit meliorẽ fructuꝫ arbore minus bona. Quo presupposito certũ ẽ ꝙ scia naturalis etiã prebet certitudinẽ de suis obiectis: etiã aliqñ nõ visis: put de hoc est qd̃ phi per rõnes pbãt deuꝫ esse: que tñ nunꝙ viderũt. Similiter ponunt intelligẽtias .i. Angelos qui vtiqꝫ erant eis inuisibiles ꝛ nõ apparẽtes esse imateriales: ꝛ motrices orbium: ppter qd̃ phs sciam nãleꝫ diffiniens .j. posteriorũ dicit. ꝙ est habitus cõclusionis demõstrate. Et .6. ethico. dicit. ꝙ scia est habitus demõstratiuus alicui⁹ rei qui ex necessarijs necessaria cõcludit. Qd̃ pꝫ in isto silogismo. Omne aial rõnale est disciplinabile. Ois homo ẽ aial rõnale: ergo ois homo est disciplinabilis ꝙ si vt pꝫ scia naturalis q̃ simpliciter pcedit ab itellectu causato ꝛ hũano certificat hoieꝫ de suis obiectis: g̃ a fortiori: fides q̃ ẽ habit⁹ supnaturalis ꝛ isusus: imediate a deo pcedens dꝫ certi

ficare intellectum humanum in
quo est ꝯ suis obiectis: que vtiqꝫ
dicunt̃ eẽ nõ apparentia. Aliter
sequeretur ꝙ intellect⁹ human⁹
in suo effectu esset nobilior deo.
pꝫ ex quo effect⁹ ipsius dei: q̄ est
habitus infusus ipsius fidei: ma
iorem nõ faceret certitudinem
ꝙ faceret itellectus human⁹: qđ
vtiqꝫ falsissimũ est: ⁊ ipossibile. ⁊
hec ratio a tale exẽpluꝫ confir-
mat̃. Nã legit̃ in hystoria Con-
stantini Imperatoris: ꝙ tempo
re ipsius fuit quidã magn⁹ phs
qui redarguẽs Constantinũ ex
hoc ꝙ xp̄ianus esset effectus:
dixit se velle disputare cuꝫ Ale-
xandro Alexandrie Epo viro
vtiqꝫ pfecto: ⁊ sãcto: scia tñ igna
ro: asserẽs ꝙ cũ vtiqꝫ ꝯuinceret
ꝓ eo ꝙ scia ē vera ⁊ certa. Fides
vero xp̄ianoꝝ erat per oia fides
incerta ⁊ bestialis. Quo audito
Imparator fecit predictũ epm ad
uocare. Qui ꝯfidens in dño vo
cat⁹ venit. Phs aũt se paraue-
rat interim ad bellũ iaculis acu
tissimis sciaꝝ suaꝝ. Moꝝ ãt cũ
vellet icipere disputare. Alexãder
epo dicit sibi. Scito phe ꝙ vn⁹
articul⁹ fidei est verior ⁊ certior
in intellectu humão: qlibꝫ scia
nãli: qđ cũ negaret dixit. ꝑcipio
tibi in virtute nois Iesu vt cre
das q̄ dico ⁊ taceas. Qui cũ nõ ac
quiesceret: statim os eius retro
collum versum est: nec vlteri⁹
loqui valebat. Ex qua rõne cum
exẽplo pꝫ. q̄liter fides ⁊ si habe-
at ꝓ obiecto nõ apparentia: tñ in
tellectũ de ipsis realit̃ certificat.

¶ Tertio h̄ idem ꝓbo distinctio
ne. Alexã. de alés in. 3. pte summe
in tractatu de fide dicit. Cum
querit̃ an fides sit argumẽtũ. i.
firma certitudo non apparẽtiũ.
Rñdeo ꝙ sic. Sed ne in equoco
loquamur argumẽtũ. 5. modis
dr̃. ¶ Primo argumẽtũ dicit̃ bre
uis narratio cũꝫ subsequentiũ:
secundum ꝙ dicũt cõiter docto
res in ꝑncipio libroꝝ. h̄ est inqui
unt argumentuꝫ totius libri: ⁊
appellant argumentũ collectio-
nem totius materie lib. simul.
¶ Secũdo argumentum dicit̃
ostensio quedam qua ex luce ali-
qđ male factũ arguit̃. Et de h̄ dr̃
Io. 3. Qui male agit: odit lucẽ:
⁊ non venit ad lucem ne argu-
ant̃ opera ei⁹. Et ideo ad Ephe.
5. dicit̃. Oia q̄ arguũt̃ a lũine ma
nifestant̃. ¶ Tertio argumẽtũ di
cit̃ signũ quoddã seu miraculũ.
Unde Ricar. li. de tri. ait. Uti-
mur in attestatione credẽdorum
fine cõfirmatione signis ꝑ argu
mẽtis: ꝓdigijs: ꝑ experimẽtis.
¶ Quarto argumẽtũ dr̃ ꝫ logi
cos rõ q̄dã dñiõstratia rei dubie
faciẽs fideꝫ ⁊ certitudinẽ. Et fi-
des sibi accipit̃ ꝓ effectu argumẽ
ti: ꝫ Theologos vero ecõuerso
qꝛ fides est faciens argumẽtũ ⁊
rõnẽ. ¶ Quito deniqꝫ argumẽtũ
dicit̃ ꝫm Augu. certitudo ex qua
aĩa mouet̃ in aliud. Et hoc mõ
fides dicit̃ argumentũ nõ appa-
rentiũ. vñ fides dicit̃ argumẽtũ
non eo mõ quo dicitur argumen

sum in locis: ⁊ in predictis quat-
tuor. Sz dicit fides argumentum
p similitudinē: q2 sicut argumen
tū est generās certitudinē respe-
ctu eius cuius dicit argumētuz:
ita fides dicitur certitudo respe-
ctu eius cuius est. s. veri nō appa
rentis: vel dic q̄ fides dicit argu
mētū nō ppue: sed p similitudinē:
qm sicut p argumētum venitur ad
conclonis notitiā. ita p fidem magis
ac magis illuminantē puenit ad
notitiā eternoꝝ bonoꝝ nō appa-
rētiū. Et iste ē modus rōnis non
naturalis: vt ē modus logicoꝝ:
sed gratuitus. Et ideo fides non
dicitur rō per modū speculatio-
nis ⁊ nature: sz dicit ratio p mo-
dū affectus ⁊ grē. ħ Alexan. sen-
tētialiter. Ex qua distinctione pz:
qualiter fides dicit argumentū:
qđ idē est quasi certitudo. Aliam
distinctionē ponit idē Alex. ibi.
di. Aduertēdū est q̄ argumentū
fidei nō dicit qualiscūqz certitudo
eū in aīa. 5. modis pcipue sit cer- certitudo quintuplex.
titudo. Quaꝝ prima. dicit euidē
tie. Scđa dicitur dependentie.
Tertia conscientie. Quarta
scripture. Quinta experiētie.
¶ Prima dicit certitudo euidē
tie que. s. iest aie pp rei euidētiā: ⁊
hec est certitudo pncipioꝝ per se
notoꝝ: quib9 aia consentit pprer
se ⁊ simpliciter sine vllo alio ar-
gumēto: rōne: ⁊ pbatiōe: put ē-
set illđ. Omne totū ē maius sua
parte. Nā vt dicit. j. topi. Vnū
qđqz pncipioꝝ est simplr sibi fi-
des. hec aūt certitudo habet in
aīa nō pp vllam ipsius intellect9
informationē: sz pp se tm: sicut pz
in illo qui pmo ante aliam infor-
mationē audisset h pncipiū. vz.
Omne totū est maius sua parte.
statī hoc audito certitudinaliter
consentiret: pprer ipsius rei eui
dentiā. Hac igit certitudie: fides
nō dicit esse argumētū. Et ratio
est: q2 credēda actualiter nō ppo
nunt intellectui p modū euiden-
tie: vt pz de se. ¶ Scđa certitu-
do in aīa dicit esse dependentie.
Hec autē certitudo ex alijs depē
det siue sumit: sicut questiones
hūt certitudinē ex pncipijs. Et
talis certitudo non est pprer rei
euidētiā sed magis pprer infor-
mationē intellectus ex aliquo ar
gumento vel rōne. Hoc modo
pōt hri certitudo ēt de ipa fide:
si articuli fidei presupponunt eē
tāqz quedā pncipia per se nota.
Et ratio est: q2 cum in ipsis arti-
culis inueniat intellectus huma-
nus causaz ⁊ rōnez q̄ credat eis
s. pmā virtutē: que in eis ē: tunc
certificat ⁊ assentit: pro eo q̄ sicut
in alijs sciētijs: ipsa pncipia credi
mus pprer se: ex qb9 elicim9 con
clusiones. Ita a simili pp grāz fi-
dei elicimus hāc conclusionē eē
verā cū alijs: vtputa. q̄ deus est
trinus ⁊ vn9 ⁊ grā fidei ē ratio q̄
arguit veritas bonoꝝ credēdo-
rū. ⁊ ideo fides se hz quasi p mo-
dum logicalē: q2 sicut ex illa pte
in pncipijs rei euidētia est suffici-
ens argumentū: vt ei consentiat
intellectus. Ita fides seu infor-

matio prime veritatis per lumen prime veritatis ē sufficiens argumētū vt intellect⁹ cōsentiat ipsi pme veritati: ex qua deinde elicitur ois cōclusio: ꝛ rō est demōstratiua veritatis. Unde presupposito hō pncipio sicut per se noto. Deus iustus est: ergo bene arguitur per cōns. ꝙ reddat vnicuiꝙ ꝫm opera sua: nec potest aliter facere ꝫm theologos in. 4. dist. 46. quin mala puniat: inquantuꝫ talis punitio respicit condecentiā sue bonitatis. Simili presupposito hoc alio pncipio. videlicet. deus misericors est: ergo bene sequit: ꝙ necessario facit misericordiā in bis que concernunt condecentiam bonitatis sue. Ex quib⁹ pꝫ scda certitudo. ❡ Tertia certitudo in anima dicit conscientie seu gratie. Et hō certitudo pueniet ex diuina gratia: ipsam conscientiam informante: quodā infuso lumine veritatis: que certitudo est fidei: siue formate: siue informationis. Ratio aūt huius certitudinis est: quia cū prima veritas que deus ē fidē inspirat in aia sic cōscientiā inflāmat. ꝙ sicut aliqo cogitur ex ipsa euidentia consentire isti veritati. omne totū est maius sua parte. ita per habituꝫ infusum fidei: conscientia informata gratia artatur ꝛ cogitur cōsentire credendis seu veritati ppter se. Unde sicut negare istam propositionē. omne totū est maius sua parte: est naturaliter contra sciam: sic negare articulum fidei: est etiam cōtra cōsciam illius: que supnaturaliter habituꝫ fidei infusum a deo acceperit. Ex quibus etiam patet tertia certitudo. ❡ Quarta certitudo in aia dicit scripture hō enim certitudo fidei generat simpliciter in aia seu auctoritate. seu ex testimonio sanctaruꝫ scripturaꝝ. Et sic etiā fides dicit esse argumētū nō apparentū. i. certitudo quedam que accipit: aut ex testimonio: aut ex auditu ꝛ predicatione scripturarū. De qua certitudine. Apostolus ait ad Ro. 10. Ergo fides ex auditu ꝛc. ❡ Quinta deniꝗꝫ certitudo in aia dicit experiētie. Hō aūt fidei certitudo habetur per modū affectus siue gustus spūalis in aia. Unde sicut aliqs de rebus materialib⁹ quātū ad corporis sensus hꝫ certitudinē materialē per modū gustus ꝛ tactus. sic ēt talis certitudo inuenit in viris moralib⁹: seu in hominibus virtuosis respectu suoꝝ obiectoruꝫ. Sic a simili mediante fide experitur hō: etiā in pūti vita quādaꝫ certitudineꝫ de bonis eternis: ꝛ nō apparētibus p spūalē gustum qui in aia per fidē generatur: de quo spūali gustu dicit pphā. Signatū est sup nos lumē vultus tui dñe. vꝫ. per fidē infusaꝫ ꝛ sequtur. dedisti letitiā in corde meo. Et alibi dicit. Quā magna multitudo dulcedinis tue dñe quam abscōdidisti timētib⁹: te per fideꝫ s. infusaꝫ. Isto igitur etiā modo: fides dr eē argumētū. i. certitudo

nō app:rētiū. Et sic ex ista distin-
ctiōe p3 q̄liter intellect⁹ q̄drupli-
citer certificat̄ per fidez de reb⁹
nō apparētibus. s. per depēden-
tiam: p grām ꝛ ɔsciam: per scri-
pturā ꝛ p̄dicationē: ꝛ insuper p
experientiā. ꝛ p ɔñs p3 qualiter
fides dicit̄ eē argumentū. i. cer
titudo non apparētiū. ¶ Quar-
to etiā pbo idez similitudine. v3
quare fides arguit vel certificat i
tellectū de non apparentib⁹. Re
citat enim Fulgentius sup epl'az
ad Ro. q̄ antiqui depingebāt fi
dem vultu obscurā ꝛ quasi vela
tam: nudā circa spatulas ꝛ pect⁹
lauro coronatam: sceptrum in
manibus tenentem sub pedibus
duas vel tres: vulpeculas hñtē:
ꝛ in gestu constantiā: h̄ Fulgēti⁹
Quaz figurā qdā magister Pa
risieñ. s. Holcoth exponēs dic.
Fides obscura vultu depingit̄: q2
de articulis ꝛ ō credibilib⁹ sciaz
nō habz. dicēte Aposto. j. cori. 13.
Nūc videm⁹ per speculum in
enigmate. Depingitur etiā nuda
circa spatulas ꝛ pectus: per qđ
significatur q̄ fides paliari non
debet: p parabolas ꝛ enigmata:
vl' p verba obscura ꝛ dissona: p
ut heretici faciūt. Sed debz clar
nude ꝛ simplr tradi. Depingit̄
etiam lauro coronata: per quod
significatur q̄ fides habet victo
riam contra demones carnem
ꝛ mundū: ꝛ ɔtra inimicos fidei
christiane. Nam victores antiq-
tus lauro coronabātur ideo pp
hoc cantat ecclesia de martyrib⁹

Fidei pictura

laureis ditant̄ bñ fulgidis. Depi
git̄ etiā cū sceptro in manib⁹: p
qđ significat̄: q̄ fides est regina
oīuz aliaz virtutum: ꝛ imparrix
xp̄i filia: ꝛ spōsa regis eterni. Et
h3 deū p obiecto: cui tanq̄ sce-
ptro apodiat̄: qđ ē signū marie
certitudinis ꝛ firmitatis. Depi-
git̄ etiā cū vulpeculis sub pedib⁹
eius: p quas significant̄ heretici:
quos vera fides calcat cū certitu
dine veritatis. Depigit̄ deniq3 q̄ i
gestu gerit constantiaz: p quod
significatur: q̄ fides ex quo adhe
ret p̄me veritati: firmiaz certitu
dinē h3 de futuris bonis. Ex q̄
figura seu similitudine: p3 quali-
ter fides certificat intellectum d
bonis nō apparētibus. ¶ Quin
to deniq3 hoc probo vnico exē-
plo. Legitur enim in legenda sā
cti Ignatij martyris: q scripsit
epistolas virgini. ꝛ ecōuerso. vir
go Maria sibi. Qui cū esset epūs
in anthiochia: ꝛ Romaz perdu
ct⁹ compelleret̄ a Traiano Im-
peratore acerbissimis tormētis ꝛ
flagellis negare dñm Iesū xp̄m
dicebat se nullo modo posse: pro
eo q̄ hēbat scriptuz in corde no-
mē Iesu xp̄i: per quod cert⁹ erat
de bonis futuris ꝛ supernatura
libus habendis: lz nō apparēti-
bus: Volēs igit̄ Imperator post
mortem eius probare qualē im
pressionem in eius corde facie-
bat xp̄i fides: inuenit in corde
eius scriptuz nomē Iesu litteris
aureis: ꝛ cū in diuersis partib⁹
cor scinderetur: in qualibet parte

inueniebatur scriptū nomē Je-
su. hoc igit modo: vt probāt au
ctoritates: rō: similitudo distictio
atq; exemplum: patet qualiter fi
des ab Apostolo dicitur esse ar-
gumentū id est firma certitudo
de nō visis: ⁊ de non apparenti-
bꝰ. ⁊ per consequens etiā patet
primꝰ respectꝰ. vz certificatiōis.
¶ De secundo respectu quo fi-
des dicitur esse argumentum.

Ecūdus respectus etiā
quo fides ab Apostolo. di
citur eē argumētū dicit
respectus exclusionis. vz cōtra
rioꝝ. Non tm̄ fides vt imedia
te claruit certificat intellectū de
credēdis: ⁊ de futuris bōis. Sz i
super excludit ab itellectu oia q̄
ꝯtraria sūt ipsis credēdis ⁊ futu
ris bonis adipiscendis: lz adhuc
non apparentibus. Et q̄ fides
excludat omnē errorez ⁊ infideli
tatem habitui ipsius fidei con-
trariū: tripliciter probo. Pri
mo auctoritate. Scdo ratione.
Tertio similitudine. ¶ Prio
pbo auctoritate. Nam glo. sup
illa verba Jo. i. Ecce agnus dei:
ecce qui tollit peccata mūdi ait.
Presentia fidei tollit ab anima
omnem rubiginez erroris ⁊ infi
delitatis. sicut presentia agni dei:
tollit ab aīa omnia peccata. h illc.
Ber. etiaz in suis sententijs ait.
Fides omnia a se abijcit: que sūt
contra veritatez. ¶ Scdo idem
probo vnica ratione. vz. formali
ratio. Fundamentum ratiōis po
nit pbs. i. de generatione ⁊ corru
ptione. dicēs. Generatio vnius
forme: ⁊ precipue contrarie: sp
est corruptio alterius. Patet hec
regula. Nam generatio caliditā
tis in aqua totaliter corrumpit i
ea formaz frigiditatis. Similiter
generatio sanitatis in corpore for
mam infirmitatis que prius i co
existebat destruit. Quo psupposi
to: certū est q̄ tres pcipue sūt for
me ꝯtrarie habitui ipsiꝰ fidei: seu
certitudinis fidei. vz suspitio: du
bitatio: ⁊ opinio. Jdeo adueniē
te habitu fidei ifuse in aia stati cor
rumpitur ⁊ expellitur ab anima
omnis forma suspitionis: dubi-
tationis: atq; opinionis. Et q̄
predicta tria fidei cōtrarientur.
⁊ per consequens ipsa aduenien-
te ab anima excludantur patet
Nam suspitio fm pbm est affir-
matio alicuius rei cū aliquo leui
⁊ momētaneo signo. Ecōtra: fi-
des cum vt i precedentibus pz:
sit firma adhesio ⁊ certitudo ad
ipsaz pmaz veritatem: que deus
est. Et qua nihil fortius vt dicit
in Esdra. mānifestum est q̄ fides
est ipsi suspitioni ꝯtraria. Et ideo
fide adueniente in anima stati cor
rumpitur omnis forma suspitio
nis fidei contraria. Dubitatio
est etiam ipsi fidei cōtraria: qđ pa
tet. quia dubitatio fm eundem
pbz ⁊ Alexan. in. 3. parte summe
in tractatu de gratia. Est vacilla
tio intellectus inter vtrāq; par
tem contradictionis: vtputa. qñ
quis vidēs aliquas duas opinio
nes eque fortes dubitat d vtraq;

opinione: an sit vera vel falsa: sicut etiam ille qui habet rationes eque fortes ad hoc q sit in gra: et q n sit i gra. Sic qn videt se ee tepidum in amando deum. et no habere affectu orandi. Et ex opposito videt q nullam habet voluntatem peccandi: nec vllo modo peccaret: talis dubitat se esse in gra cum habeat rationes eque fortes ad hoc et ad suum oppositum. Econtra vero cu fides sit firma adhesio sine vlla dubitatione ad primam veritatem. Ideo adueniens in anima corrumpit et expellit omnem dubitationem tanq formam et rem per omnia sibi contrariam. Opinio denique etiam est fidei contraria: qm opinio sm phm et Alexan. vbi supra est acceptatio vnius partis contradictionis: cum formidine tamen alterius. seu sm eundem phm. j. posterior. Cum scientia sit necessariorum opinio simpliciter est: contingentium alr se habere. sicut exempli gratia. Ille qui habet rationes ad vnum simul: et ad suum oppositu: tame idem fortiores habet rones ad hoc q ad aliud suu opposita. sicut quando in vna parte videt se feruentem in amore dei: et lugentem pro peccatis: ex opposito vero sentit rebellionem carnis et fragilitatem. Et sic per consequens talis magis opinatur se esse in gratia: q econuerso. Econtra vero cum fides sit firma adhesio sine formidine alicuius contradictionis ad primam veritate: et insuper fides sit tm necessarior. Ideo i anima adueniens corrumpit et expellit omnem opinione tanq forma: et rem per omnia sibi opposita. Ex quibus omnibus collige: q fides dicitur argumentum rationeexclusionis: qr arguit: corrumpit: et expellit omnia: et pcipue tria predicta sibi contraria et opposita. Hec ratio elicitur ab Alexan. vbi supra. et insuper a Tho. scda scde. q. 4. articu. j. in corpore. q. Tertio. denique probo similitudine q. s. habitus fidei excludit ab anima omnem errore: et omnia que sunt contraria certitudini eius: qua similitudine ponit glo. ad litteram super verba Apoc. 12. Mulier amicta sole et luna sub pedibus eius. dicit. Sicut sol sua luce oes materiales tenebras ab aere expellit: sic fides infusa sua spirituali luce expellit ab anima tenebras omnis erroris et infidelitatis. h glo. Ex predicta igit auctoritate: ratioe atque similitudine patet qualiter fides dicitur esse argumentu non apparentum: pro eo q arguit: expellit: et corrumpit omnia ea que sunt certitudini ipsius fidei contraria et per consequens etia patet respectus scdus qui dicit respectus exclusionis.

¶ De tertio respectu quo fides dicitur esse argumentum.

Tertius denique respectus quo fides ab Apostolo dicitur esse argumentu non

apperentum dicitur respectus ar
guitionis. Nam fides dicitur es
se argumentū .i. quasi arguens
mentē. Duplicē aūt mentem fi-
des arguit. vz. oiuz infidelium.
Quō vt dicit Alexā. vbi supra.
Ex quo infideles nō hñt verā fi-
dē carent iugiter spirituali letitia
spiritus sancti ⁊ p ꝯñs hñt iugi-
ter cōscientiā cauterizatā ⁊ ama-
ram. Et si aliqñ aliqs īfidelis sen
tire vr̄ in sua fide aliquē gustum
nō est perfectus: cū sit acquisitus
siue infusus a diabolo ⁊ non a deo
Quobrem diuia iustitia iustissime
ꝓpter infidelitatem eoꝝ ꝑmittit
eos errare: ꝓpter quod Apostolus
bene dixit. ꝙ fides est argu-
mentū ꝓ eo ꝙ arguit oium infi-
deliū mentē. ¶ Scdō insuper fi-
des dr̄ argumentū: eo ꝙ arguit
etiā quorundā fideliū mentes: q
⁊ si habitū fidei in baptismo su-
sceperunt: tamē opa fidei nequa-
ꝗ̄ hr̄e volunt: ⁊ iō ꝓpter hoc ha
bent iugiter ꝯsciam amaricatam
⁊ cruciataȝ ⁊ omni spirituali gau
dio priuatā. Et ꝙ fides dicatur
argumentū: eo ꝙ arguat in vita:
⁊ pcipue i morte: seu repleat mē-
tes: tā infidelium ꝗ̄ quorundā fi
deliuȝ opera fidei despicientium:
omni amaritudine ⁊ dolore qua
drupliciter probo .s. Prio au
ctoritate. Scdō rōne. Ter-
tio similitudine. Quarto exē-
plo. ¶ Primo probo auctē Au
gu. lib. cōfessionuȝ. vi. Iussisti do
mine ⁊ sic est: vt ois inordinatus
aius. s. tā fideliū ꝗ̄ infideliuȝ sibi
ipsi pene sit. Et Isa. 59. dicitur
Cor impij. vz. fidelis ⁊ infidelis
est quasi mare feruens: qd̄ quie-
scere nō pōt. ¶ Scdō hoc idē ꝓ-
bo vnica rōne. vz cōtrarietatis.
Fundamentū rōnis ponit phus
2. physi. ⁊ 5. metha. di. Idē ali-
ter se hñs est cā cōtrarioꝝ. Pa-
tet hec regula. Nā pñtia naute
sicut est cā cōseruationis nauis in
mari. ita eius absentia p accñs: ē
cā ipsius submersiōis. Itē sicut
obediētia serui ad dñm est cāusa
eius beniuolentie: sic p oppositū
deficiente obediētia deficit ⁊ be-
niuolētia. Quo presupposito cer
taȝ est: ꝙ hō hñs verā fidē cum
operibus bōis: sentit suauē gustū
⁊ pacē aīe sue: tā in vita ꝗ̄ i mor
te: dicēte Salo. ꝓuer. 1. Secura
mens quasi iuge cōuiuiū: ergo p
oppositū: hō infidelis: ⁊ ēt chri
stianus qui d̄ficit in opibus fidei
necessario priuatur pace aīe: ⁊ io
cunditate cordis: tā in vita ꝗ̄ in
morte. ¶ Tertio h idē ꝓbo simi
litudine. Nā Aug. dicit sup illa
verba Io. 3. Qui male agit odit
lucē: sicut palato egroto amarus
fit panis: sic oculis egris odiosa
est lux. qd̄ si sic est. ꝙ corruptis or
ganis sensitiuis obiecta sana cau-
sant in eis amaritudinē: ergo a si
mili: corrupta anima rōnali: aut
p infidelitatē: aut p defectuȝ bo-
noruȝ operuȝ: causatur in ea ma
xima amaritudo ⁊ turbulētia: tā
in morte ꝗ̄ i vita. ¶ Quarto de
niqȝ ꝓbo vnico exēplo. ꝙ vȝ fi-
des arguit .i. cruciat mētes: tām

fideliū ꝙ maloꝝ christianoꝝ i vi
ta .sed precipue in eoruꝫ morte.
Prout.n.recitat phs i li. de aia-
libus. Quoddā aial nomine Ci-
(Cignus)
gnus: q vtiqꝫ est albissimus in oi
vita sua hꝫ luctū in voce pro can
tu in morte vero sua cū voce ce-
terisqꝫ mēbris ostēdit ⁊ facit ma-
ximā melodiā ⁊ festiuitatē. Et rō
nē assignās phs. dicit. ꝙ iō in vi-
ta luget: qꝛ sanguis eius est puris
simus sed modicus est dispersus
in mēbris: seu per mēbra circū-
quaqꝫ, ita ꝙ ď eo quasi nihil rema
net apud cor . In morte ṽo p op
positum ostendit summā letitiā:
hoc ideo est: qm̄ sanguis purissi-
mus p membra dispersus totus
cōcurrit ad cor. Totū cōtrariuꝫ
vt dicit phs ibidem. facit animal
qŏdā noie sirena qŏ vtiqꝫ ē piscis
(Sirena)
marinus: hñs a media pte supio-
ri similitudinem hois ab inferio
ri vero similitudinem piscis hoc
eniꝫ animal in tota vita sua habet
suauissimum cantum: ⁊ maximā
ostendit letitiam. In morte vero
cuꝫ voce lamentabili ⁊ lachrymo
sa pre nimio dolore se totum di-
scerpit. Et rō est: qm̄ in eius vi-
ta cum habeat sanguinem vene-
nosum qui stat quasi totus in ve-
nis ⁊ cauda: ⁊ q̄si nihil remanet
apud cor. Et iō letaꝛ in vita. In
morte vero sūme tristaꝛ: qm̄ tot⁹
sanguis venenosus existens disp
sus in cauda: seu in parte eius in-
feriori concurrit ad cor. His de-
claratis: dico per similitudinem
ꝙ verus fidelis propter difficul-
tatem opeꝝ: ⁊ incertitudineꝫ sue
salutis: ⁊ si aliqualem hēat in cor
de letitiam tñ quasi timidus ⁊ tri
stis viuit: sed in eius morte: qm̄
ei offerꝛ meritū suorum operum
⁊ argumētū vere fidei: ⁊ insuper
salutis certitudo: summe iocun-
daꝛ atqꝫ letaꝛ: ⁊ penitus ab eo ad
modum Cigni discedit omnis ti
miditas atqꝫ tristitia. Econtra
vero homo infidelis: seu ēt chri-
stianus non habens opera fidei:
sed opa mūdi carnis atqꝫ dyaboli
qui vtiqꝫ. Sirene cōparaꝛ: in to
ta vita sua quasi letari dꝛ. pp leti-
tiam ⁊ vsuꝫ pñtium ⁊ delectatio-
nem. Et qm̄ demerita sua adhuc
ab intellectu cordis sui sunt disp-
sa in morte talis summe tristabiꝛ
atqꝫ cruciabitur. Et hoc ideo fiet
qm̄ ab Angelis bonis ⁊ malis ei
presentabunꝛ oia demerita sua et
insuper oēs defectus operum bo
norum. Et sic ex p̄dictis omnib⁹
patet tertius respectus .s. argu-
mentationis. in quo monstratuꝫ
est qualiter fides dicitur eē argu
mentum: qꝛ.s. arguit maloꝝ fi
delium atqꝫ infidelium menteꝫ.
Et per consequens etiam pꝫ de-
claratio tertij articuli declarandi
qŏ erat videre quid significaret
per illud verbum diffinitionis.
vꝫ argumentum non apparen-
tium. Et declaratum est ꝙ Apo
stolus dixit: ideo fidem esse argu
mentum respectu certificationis
⁊ respectu exclusionis ⁊ respectu
argumentationis: quaꝫ certifica-
tionem: exclusionem: atqꝫ mētio

letificationē: vobis concedere di gnetur deus benedictus. Amē.

¶ Feria quarta post dominicam sexagesime. Item de diffinitione ipsi⁹ fidei. Sermo vndecimus.

Semen ce cidit i terrā bo nam: & ortū fe cit fructum cen tuplū. Luc. 8. & in euangelio pte rite dominice. Postq̄ in supiori bus sermonibus sufficiēter decla rauimus tres principales articu los fundatos sup diffinitōe ipsius fidei in qbus declaratum est qd significetur per illa verba. fides est substantia rerum sperandarū argumētū restat deniq;: quartū articulum declarare: in quo vide bitur qd significet per illud ver bum vltimū diffinitionis. vz nō apparentum. Cuius articuli de claratio talis est.

¶ De quarto articulo de diffini tionis quiditate.

Quartus postremo arti culus i hodierno sermo ne de diffinitione ipsius fidei simpliciter declarandus est videre qd significetur p illud ver bū vltimum diffinitōis. vz non apparētiū. Nā Aplus in diffini tione ipsius fidei dicit. Fides est substātia re. sperā. argumentū. & statim subiungit. dicens nō appa rētiū. Quero igit qd significet p illum terminū. vz nō apparētiū. Sed quero quo fine: & quo respe ctu Aplus diffiniēs fidē dixit eā essentialr argumētū nō apparen tiū. Et certū est q diffiniuit fidē esse argumētū nō apparētum tri plici respectu. Quorū primus df respectus distinctōis. Scōs dicitur respectus gratificatiōis. Tertius dicitur respectus glo rificationis.

¶ De triplici respectu quo fides df argumentū non apparentiū.

Primus igit respectus quo fides df ab Aplo eē argumētū nō apparētiū df respectus distinctiōis. fm enim Tho. scōa scōe. q. 4. arti. 1. in cor pore qōnis. Per hoc inquit q Aplus dicit fidem esse argumen tum non apparentium. distinguit habitus fidei ab habitu ipsius sciē tie: per quā scientiam fit aliquid expresse apparens ipsi intellectui cum scientia: vt dicit. i. posterioꝝ & .6. ethico. sit habitus demōstra tiuus alicuius conclusionis & ve ritatis. Oppositum est de fide: quoniam fides est habitus a deo infusus alicuius cōclusionis & ve ritatis non simpliciter intellectui demonstrate. Et propterea fides diffinitur ab Apostolo esse argu mentum non apparentiū. Conue nientissimum igitur fuit q fides simpliciter fuerit diffinita magis per nō apparētia q̄ appentia. qd tripliciter pbo. Primo aucto ritatibus. Scōo rationibus. Tertio similitudine. ¶ Prio

probo auctoritatibus fides vз diffiniri per nō apparētia. Nam de consecra. dist.4.c. Venit sacerdos. dicitur. Non per signa ꝛ rationes: sed per simplicem fidem veritas fidei est colēda. Itē glosa super verba ad Roma.12. Nō plus sapere ꝙ oportet sapere. Sed sapere ad sobrietatem ait. Superbe nature speculū humilitatis quod est sincera fides sine alia visibili ratione debuit ꝓponi vt a superbia ad humilitatē transiret. hec glo. ¶ Scdō hoc idez probo triplici ratione. Prio ratione accumulationis. Scdō ratione causationis. Tertio ratione corruptionis. ¶ Prio pbo ratione accumulationis. vз virtutis. simpliciter virt⁹ fidei debuit esse de nō visis ꝛ nō apparentibus. Fundamētuз rationis ponit phus.2.ethi.di. Virt⁹ consistit circa bonum ꝛ difficile quia virtus ꝛ ars semper sunt circa difficiliora. patet hec regula. Nā quia castitas hēt difficultatē in ꝯseruatiōe sui: ideo castitas dicitur sūme virtuosa. si sic est ergo vbi maior est difficultas: ibi est ꝛ maior virtus: seu maior ratio virtutis. prout patet in his q non tm̄ maritalem ꝛ vidualē: sз insup virginalem castitatem cōseruant. Similiter ꝛ in his q daris omnibus bonis suis pauperibus deo seruiunt in spontanea paupertate. Quo presupposito certuз est sicut nō est virtuosū videre lucidum seu aliquid facere qđ de se est facile: sic nec credere qđ manifeste est probabile seu certificatuз demōstratiuis rationibus esset laudabile ꝛ virtuosuз. Sed vtiqз virtuosum est ꝛ laude dignū: simpliciter crede deo: in his: que sensus seu ratō non cōprehēdit. Et qđ maximū ē credere simplicit deo in his q̄ sens⁹ vel rō vidētur oīo dissuadere: eo in intellectu magna difficultas consistit. Sed cum nulla ī mūdo seu in qualibet virtute: maior difficultas esse possit: ꝙ contra nām ꝛ ꝯtra oēm rōnem violenter subijcere per volūtateз. Intellectū his que sunt fidei: ꝛ que nō sunt apparētia sequitur p ꝯńs maior virtus cōsistit in fide que est de nō apparentibus: ꝙ ꝯsistere possit ī qualibet alia scīa: que p suo obiecto habet rōnes apparētes ꝛ demonstratiuas. Ut igitur quelibet rōnalis aīa magis proficere posset in virtute. Ideo pp hoc deus proponere voluit nobis bona solum apparētia p virtutē fidei. ¶ Scdō hoc idē pbo rōne causationis. Fundamētuз rōnis ponit Auctor in lib. de causis di. Ubi est plus đ causa: ibi ē etiam plus de cāto. pз h̄ regula. Nam seruo magis fideli dn̄o suo: maior datur remuneratio: ꝛ premiū: cum fidelitas sit causa mercedis ꝓmij: atqз beniuolētie. Similit maior arbor nāliter plures fructus producit. Quo presuppsito certum ē vt phs dicit. j. ꝛ.10.ethi. Felicitas est ꝓmiū

virtutis. q si sic est: cum inter ceteras virtutes maxima sit virtus fidem habere: et bonis non apparentibus credere: put in precedenti rone pbatum est. Concludit pp hoc q maximum premium maximaqz remuneratio talem fidem habenti bus a deo debeat: cum ipse habeat maximam cam pmii atqz mercedis. Oppositum e si ho habuisset sciam de non apparentibus sm rones nales sicut de apparentibus: qm habuisset paruam difficultate: sicut habetur etiam in ceteris scientiis naturalibus: in qbus intellectus cogit ad credendum. Et sic per ons paruum vel nullum meritum habuisset. Qd ofirmans Grego. in quadam omel. super verba. Jo. 20. vz Cum esset sero die illa. etc. ait. Fides non habet meritum vbi humana ratio. i. humanus sensus prebet experimentum. Nec mirum si paruum vel nullum haberet meritum seu felicitas: si fides esset de apparentibus: qm si haberet certa scientia de ipsis. Intellectus cogeretur ad credendum: et per ons talis creditio: nec virtuosa esset: nec deo accepta. Na ad hoc q aliqd nome virtutis acqrat requirit q ad illud voluntas sit libera. Sic. n. dicit phs. 3. ethico. Uirtus et vitium voluntaria sunt: et bonum semp est voluntarium. qd aut non est voluntarium: no est bonum. hec ibi. Et. 2. ethi. dicit. Uirtus est habitus electiuus. Et Nicolaus papa. 20. q. 3. c. phs ait. Qd enim qs no eligit nec optat profecto no diligit. qd at no diligit facile contemnit. nullum ergo bonum est nisi voluntarium. hec ille. Item extra de resti. spo. c. Solicite. Alex. tertius ait. Non est verisimile q sponte iuri suo renunciauerit: qui renunciauit spoliatus. Item extra de his que vi metus ue cau. fiunt in. c. audientia. dicit Inno. tertius. Quia vero que vi metus ve cau. fiunt carere debent robore firmitatis. Deniqz. 20. q. 1. c. illud. vi. Satis inutile est vt coacta seruitia domino prestet. qm coacta seruitia deo non placent. Que omnia supradicta cofirmas Tho. scda scde. q. 2 articu. 10. dic. Cum queritur an ratio humana possit pdesse ad meritum. Rndeo. Ro humana ad ea que sunt fidei pot se habere ad volutate credentis dupliciter Uno mo sicut precedens: vtputa cum quis no vult credere: vel cum non hz promptam voluntatem ad credendum: nisi ratione humana induceret. et talis ratio adhibita minuit meritum. Scdo modo. vt sequens voluntate credentis. s. puta cum homo habet promptam voluntatem ad credendum, diligit veritatem credi tam. et super eam cogitat: et amplectitur: si quas rationes ad hoc inuenire potest. Et tunc humana ratio meritum fidei non excludit: sed potius auget. Et ratio est sm eundem Tho. in. 3. dist. 24. arti. 3. q. 2. Quia ea que sunt fidei. et si per rationem probari no possint, non tame sunt ctra rationem

rōnem. Et ideo querere ea que sunt sup rōnem euidentem non est vituperabile sed laudabile: q2 homo debet se ad diuina erigere quātum potest: vt dicit phs. 10. ethi. Quā sniam etiā approbans Ric. i prohemio. p. sen. q. 1. i so lutione. 1. argumenti. rndens ad verba Greg. vz. fides nō hz meritum zc. dicit q illa argumenta tio seu rō: que pcedit simpliciter ex articulis fidei: nō euacuat meritum fidei: nec minuit: q2 talis ratiocinatio est in virtute lumis fidei: vnde de tali argumētatiōe non dz intelligi auctoritas Gre. sed de rōcinatione que procedit vel procederet ex pncipijs cognitis in lumine naturali. Talis eniz euacuat z euacuaret meritū fidei: cū sibi homo principaliter innititur. Et pp hoc rōnes fidei meritū nō diminuunt sz augent q2 non illis tm̄ innititur itellectus sic eniz dr: Eccle. 24. Qui eluci dant me. s. fidem p rōnes proba biles sed nō demonstratiuas: vitam eternam habebunt. Oppositum vero esset siquis simpliciter crederet pp rōnes naturales tm̄: qm̄ tales nullum meritum p fecto assequerentur. h Ricar. sniatur. Ex qua rōne etiaz pz: q ideo fides data fuit de nō apparē tibus: qm̄ auget meritum z feli citatem credenti: qd vtiqz meritum z felicitas tolleretur a credē te solum per rōnes naturales ac quisitas. ¶ Tertio idem pbo ratione corruptionis. Fundamentum rationis ponit phs. 8. Metha. dicens. Species sunt sicut numeri: q2 sicut vnitas addita vel remota a numero mutat speciem: sic differentia addita vel remota in diffinitione: mutat diffinitum pz hec regula. Naz si vnitas additur numero binario sta tim perdit suam speciem. i. pfectionem sui nois: pp qd non amplius dicetur z vocabitur numerus binarius sed simpliciter ternari⁹. Similiter si asino irrationali adderetur vna differentia: p ut est rationale: nequaq̄ ampli⁹ vocaretur asinus: sed appellaretur homo. Quo psupposito certum est: q cum fides bm Damascenum sit simpliciter quidā habitus de non apparentibus: concluditur pp hoc q si esset de apparentibus tunc alia differentia sibi apponeretur: z sic nequaq̄ amplius posset fides vocari. z p consequēs nec posset dici virtus Ideo etiā a simili dico q si quis aliter non vult credere nisi p euidentia z per miracula apparētia talis vtiqz cum velit addere nouam differentiam fidei: fidez totaliter destruit z corrumpit: nec intelligitur q in eo sit aliqua species fidei: loquor contra vos: o superbi: o arrogantes: o psumptuosi xpiani qui aliter credere non vultis nisi rationes habeatis de trinitate: de pudentia dei de predestinatione: de reprobatione: z huiusmodi. qm̄ in veritate dum sic simpliciter creditis

¶ De secundo ordine quo sola fides christiana ordinat hominem in finem eterne felicitatis.

Secundus ordo quo fides christiana super omnem aliam fidem ordinatur hominem in finem eterne felicitatis dicitur ordo primalis. Nam fides christiana non tantum vt practum est ordinat hominem in deum. Sed etiam super omnem aliam fidem et legem ordinat hominem ad primum suum et hoc tripliciter probo. Primo quantum ad generalem dilectionem. Secundo quantum ad liberalem communicationem. Tertio quantum ad specialem dispositionem. ¶ Primo dico quod christiana lex ordinat hominem ad primum suum quantum

ad generalē oium dilectionē vz amicoꝝ ꝛ inimicorū: pmo amicoꝝ. nā deutero. 6. Matth. 22. pcipit. Diliges primū tuū sicut teipsū. Et Matth. 5. etiā pcipit. Diliges amicū tuū. ¶ Scdo in lege xpianorū pcipit ēt dilectio inimicorū. Nā amor xpianoꝝ: vt sit verus ꝛ pfect⁹: nō tm̄ se extēdit ad oēs amicos: sz etiā ad oēs inimicos. Et ideo Matth. 5. saluator pcipit. Diligite inimicos vestros ꝛc. Quo pcepto tenet qsqz xpian⁹ non tm̄ diligere inimicos xpianoꝝ sz ēt quātū ad nāz ꝛ grāz nō quātū ad culpā: oēs iudeos turchos: saracenos: mauros paganos: ꝛ huiusmodi: quē ordinē generalē dilectionis nequaq̄ obseruāt iudei. Nā lz Mat. 5. dicat: Diliges amicū tuū: ꝛ odio hēbis inimicū tuū: nequaq̄ fz Nico. de lira. de⁹ precipit. Odio hēbis inimicū tuū: sz ipsi iudei illō super posuerūt a capite suo. vñ arguūt sic. Certū est vt hr̄. 2. thopi. q in cōtrarijs tenet cōsequētia in seipsis: vt sic. Si diligendus est amicus: ergo odiend⁹ ē inimicus. Istud sequit p locū a cōtrarijs. Ex h igif arguūt xpianos eē inimicos: ꝛ ideo odiūt eos. Idem dico de alijs sectis. Cū igif: vt pz. Lex xpiana nō tm̄ ad amicos: sz ēt ad oēs inimicos se extendat p dilectionē ꝛ caritatē. Alie vero secte nō: seqtur q xpianoꝝ lex verior est oi alia lege ꝛ fide. ¶ Scdo ēt dico q xpiana lex ꝛ fides sup oēm aliā legē ordiat hoiez ad primū suū: quātū ad liberalē cōmunicationē: vñ lex xpiana: nō tm̄ iubet amicos ꝛ inimicos diligere affectu: sz etiaz effectu ꝛ opatiōe: dū necessitaz incūbit. Et pmo de amicis dr̄. j. Joā. 3. Filioli nō diligam⁹ lingua tm̄ neqz vbo. s. amicos: sz ope ꝛ vitate. Et ille Jo. 4. dicit. Si qs habuerit substātiā hui⁹ mūdi: ꝛ viderit fratrē suū necessitatem habere: ꝛ clauserit viscera sua ab eo qūo caritas dei manet in illo. Et deutero. 15. dicit: si vnus de fratribus tuis qui morat inter portas ciuitatis tue in terra quā dominus deus daturus ē tibi ad paupertatē deuenerit. nō obdurabis cor tuū nec cōtrahes manū tuā: sz aperias eaz pauperi. ibi. ¶ Scdo ēt inimicis lex

christiana iubet in necessitate bñ facere. vñ Matth. 5. p̄cipit. Diligite inimicos vestros benefacite his q oderũt vos Et pūer. 25. Si esurierit inimicꝰ tuꝰ ciba illũ: si sitit potũ da illi. Pro amicis vero ꝛ inimicis p̄cipitur Luc. 6. Mutuũ date. s. vtrisqꝫ in necessitate nihil inde sperãtes ꝛ Mat. 9. p̄cipit. Qui petit a te: da ei: ꝛ volẽti a te mutuari ne auertaris. Cõtra hunc ordinẽ dilectionis facit lex iudeoꝝ: q mutuũ p̄stant: cum vsure lucro. dicẽtes hoc esse iustũ ꝛ licitũ: cũ ꝯ ꝛ natur̃ legẽ sit. que Matth. 7. iubet. Quecũqꝫ vultis vt faciant vobis hoies ꝛc̃. Tobi. 4. p̄cipit. Qđ oderis tibi fieri: vide ne alteri feceris. Hũc errorẽ ipsi eliciũt a seipsis: male scripturã intelligẽtes. Uñ sup illa v̄ba deutero. 23. Nõ feneraberis fratri tuo. nomine fratris intelligũt simpl'r iudeos scilicet de genere iudeoꝝ: ꝛ nõ de genere christianoꝝ. Cum tñ respectu Ade ꝛ ꝛ eue respectu dei a quo creati sumꝰ oẽs simꝰ fratres cõcessuz tñ erat a deo f̃z Nicol. de lira. Et etiam Guiel. sicut ponit ad l̃raz in supplemẽto Usura. j. §. 5. ꝙ simpl'r erat iudeis ꝯcessuz aliẽis dare ad vsurã. vt maiꝰ malũ vitarẽtne. s. a iudeis deũ colẽtibus vsuras acciperẽt ꝑpter auaritiã. Ita ꝙ pmittebat̃ iudeis: ꝙ ipsi ꝯcederẽt egyptijs ad vsurã. Et ratio est: q: ipsi iniuste vsurpauerãt bõa sua: ꝛ iniuste eoꝝ substãtiã detinebãt. Ex p̄missis etiã patet ꝙ cũ christianoꝝ lex amicis ꝛ inimicis ꝑpria bõa mutua datiõe ꝯcedat: etiã sine vllo vsur̃ lucro. ꝛ ecõtra lex iudeorũ oppositũ faciat. ꝯcludi tur ꝙ est verior oi alia lege ꝛ fide. ¶ Tertio dico quod lex christianoꝝ sup omnẽ aliam legẽ ordinat hoiez ad ꝓximũ suũ quãtũ ad specialẽ impositionẽ vel dispositionẽ Naz lex xp̄i. ñ tm̃ iubꝫ diligẽ amicos ꝛ inimicos affectu ꝛ effectu. sꝫ insup p̄cipit ꝙ quisqꝫ in necessitate exponat vitam suã corporalẽ ꝓ salute alterius. Uñ p̄me Jo. 3. dr̃ In hoc cognouimꝰ caritatẽ dei. qm̃ ipse aiam suã posuit ꝓ nobis ꝛ nos debemꝰ ꝓ fratribꝰ animaz nr̃az põere. glo. i. corporalẽ vitã. Hunc ordinẽ nulla

ler obseruat nisi xpiana prop ter q etiã ccluditur q ẽ veri or: et pfectior oi alia fide. Ex p missis oib⁹ colligi: q exquo christiana lex ordinat homi nẽ ad primũ: et quãtũ ad ge neralẽ oẽz dilectionẽ: et quan tuz ad liberalẽ cõicationẽ: et quãtũ ad specialẽ expositio nez. cetere vero leges et secte non: cõcluditur q christiana lex vera est: cetere vero false:

¶ De tertio ordine quo fides sola christiana ordinat homi nẽ in finẽ eterne felicitatis.

Tertius dẽiqz ordo q̃ fi des christiana super oẽz aliã fidẽ ordinat hoiem in finẽ eterne felicita tis dr ordo specialis. Fides eniz christiana nõ tm̃ ordinat hoiem quãtũ ad deũ et pri mũ. Sz insup ordinat hoiez sup oẽm aliã legẽ quãtum ad scipsuz: qd et tripliciter pbo Primo quãtum ad subiectio nẽ. Scdo quãtũ ad obiectio nẽ. Tertio quãtũ ad imita tionẽ. ¶ Primo dico q fides christiana ordinat hoiez quã tũ ad se quãtũ ad subiectionẽ Cũ.n.s3 phm.3.de aia. du plex sit appetitus in hoie. vz sensitiuus et rõnalis. et.9.eth. dicat q hõ ẽ maxime intel lect⁹: et rõ ccludit q pars se sitiua deb3 subijci pti rõnali Nũc iferior tenet se subijcẽ maiori. Uñ phs.3.d aia dic. Appetitu scdo et ꝯrio in hoie exñte: q supior fuerit. dz se cũ trahẽ iferiorẽ: sic spa ma ior trahit secũ oẽs spẽs iferi ores. Et.j.poli. Idẽ ꝯfirmãs ait. Aia nãliter dñat corpori sic dñs suo. et anima debet esse regẽs. corpus v̇o rectũ. hoc idẽ p̃cipit deus vnicuiqz di. Geñ.4. Sub te erit appe titus tuus .s. carnalis: et tu dñaberis illius hoc totũ ob seruare iubet lex xpiana. Ecõ tra lex machometi iubet plu res vxores hẽ: vt sic maior li bido et cõcupiscẽtia hẽatur: ex q̃ supabundãti libidine et ꝯcupiscẽtia: certũ ẽ q ꝯ oẽm nature ordinez ps inferior p̃ dominat supiori.i. rõni. dicẽ te pho.7.ethi. Cõcupiscẽtia inquit abducit a rõne vnam quãqz potentiam aie. Cõtra tales clamat Bernardus in suis meditationibus di. Cur carnẽ tuã p̃ciosis cibis et re bus ipiguas et adornas: quã p⁹ paucos dies v̇mes duora turi sũt i sepulchro. aiaz v̇o ñ

ornas hōis opib⁹: q̄ deo ꝛ angelis p̄sentāda ē in celis? q̄re aiaʒ tuā vilipēdis ꝛ ei carnē tuā p̄ponis? Certe dn̄aʒ ancillari: ꝛ acillā dn̄ari magna abusio ē. ¶ Scd̄o etiā dico ꝙ lex christiana ordiat hoīeʒ ad seipsū sup oēm aliā legeʒ quātū ad obiectionē. Dis ordo f̄ʒ ph̄ʒ. 2. de aia exigit: ꝙ q̄libʒ potētia respiciat suum obiectū: sicut auris sonū: visus colorē: ꝛ hm̄oi. Cū igit̄ in hoīe sit potētia itellectiua. ꝛ. 6. ethi. obiectū intellectus sit veꝝ nō simplr̄ creatū sed increatū f̄ʒ theologos. tunc hō dr̄ in seipso bn̄ ordinatus cū potētia sua itellectiua hʒ ꝛ credit veꝝ ꝛ bonū icreatū ꝓ vltima sua felicitate hunc ordinē obseruat xp̄iana lex: q̄ tenet solū veꝝ ꝛ bonū increatū qd̄ de⁹ ē esse simplr̄ obiectū humāi intellect⁹ ꝛ voluntatis: quē ordinē nequaq̄: vt sup̄ visū ē. obseruat lex iudaica seu Machometi: q̄ tenet exp̄sse bonū terrenū ꝛ creatū oē obiectū felicitatis ipsius humāi intellect⁹ ꝛ voluntatis ꝓph̄a dicēte. Oculos suos statuerūt declinare in terrā. Ex q̄bus etiā pʒ fidem xp̄ianā oī alia fide ꝑfectionē eē. ¶ Tertio deniq̄ dico ꝙ lex xp̄iana sup oēm aliā legeʒ ordinat hoīeʒ ad seipsū quantū ad imitationē. Tūc enim f̄m Augustinū lib. de verbis dn̄i q̄libʒ dr̄ bn̄ ordinat⁹: cum nō tm̄ deū respicit. Sʒ cum imitat̄ vestigia eius bōitatis. Proinde Gen̄. j. dr̄. q: deus creauit hoīeʒ ad imagineʒ ꝛ sil̄itudinē suā. Nā imago ꝯsistit in nāl̄ibus. Sil̄itudo uero in gratuitis: seu imago denotat substantiā. sil̄itudo vero actū. Ex quo pʒ ꝙ tūc hō dr̄ ꝑfecte ordinatus in seipso cū in se hʒ actualē dei sil̄itudinē quātū ad opa exteriora Ad hoc ordiat hoīeʒ lex xp̄iana. Un̄ Apostol⁹ ad Ephe. 5. ait. Imitatores dei estote sicut filij carissimi. Oppositū faciunt oēs alie secte ꝓpter qd̄ ꝯcludit̄ ꝙ xp̄iana lex vilissima ē. Ex p̄dicto igit̄. 5. argumēto. vʒ ordinationis apparet ꝙ cū xp̄ianoꝝ fides ordinet hoīeʒ in deū. in ꝓximū ꝛ in seipsū. Oppositū vero faciāt oēs alie leges: sola ipsa v̄issima esse demōstrat̄. Q̄nē triplicē christiāe fidei ordinē vʒ. diuinalem: proximalem

z spālē:mihi z vobis largiri dignef infinita clemētia diui ne maiestatis;cui semp sit oīs laus z gloria: in secula secu/ lorum.Amen.

¶ Feria quinta post domini cam quinquagesime:de q̄rta excellentia.vz de veritate ip sius sanctissime fidei.

Amen dico vo- bis.non inueni tātā fidez in israel.Scri/ buntur hec verba Matth.8. z in euangelio occurrētis fe rie ðclarata moraliter hysto ria euāgelica:z applicata ad materiā fidei quā verbi dei p̄ dicator mō tuo ðclarabis:di cere poteris.Postq̄z in supio ribus sermonibus declaraui mus.5.argumēta veritatē sa cratissime fidei xp̄iane demō strātia:habeo in p̄nti sermōe ex quo sacrū euāgeliū singu/ lariter de virtute fidei spālez facit mētionē declarare sim/ pliciter sextū argumētuz:qð miro mō est demōstratiuū ve ritatis ipsius fidei bñdicte: qð vtiq3 argumētū erit vali dissimū.z isup erit ad audiē dū valde mirabile z stupēdū cuius argumenti tam stupen di declaratio talis erit.

¶ De sexto argumento quo ostenditur q sola xp̄ianoz fi des vera est z salutifera.

Sextum argumētū in p̄nti feria in ordine ð clarādū:quo singula riter oñdef solā fidē xp̄ianoz verissimā eē:z ñ alterā dr̄ ar/ gumētū cōpletiōis:p decla/ ratiōe huius sexti argumēti demōstrātis simplr̄ fidē xp̄ia noz eē verissimā:z nō alterā Primo z ante oīa occurrunt mihi verba Nico. de lira in suo tractatulo quē facit ɔ̄ iu deos dicētis. Quotiēs ingt aliqua scriptura denunciat aliqd esse futurū determinat tp̄s locū:z modū.Si oīa p̄di cta simul ɔcurrāt manifeste p3 qð illud qð p̄dcm̄ fuerat verissimū ē.h ille. p3 sic h re gula. Nā qñ aliqs medicus: seu astrologus p̄dixit aliq̄ ho ra z tpe aliqd futuz eē. si il/ lud eo mō aduenerit q̄ p̄dcm̄ fuit pfecto certa fides z i du bia eidē medico vl' astrologo adhibef q v̄a dixerit:z insu/ p q eoz snīa seu ɔsiliū verissi mum fuit. Quo p̄suppositō: certū ē q sacra scriptura seu vetus testm̄ p̄dixit aduētus

incarnatiōis filij dei: ꝛ natiuitatē: ꝛ locū ꝛ moduꝫ. Que oia cū simul venerint vt imediate patebit: ꝛ cōpleta sint necessario concludit ꝙ sola xp̄ianoꝝ fides verissima apparet sup oēm aliā fideꝫ. ꝛ ꝑ ꝯn̄s ab oibuꝫ q saluari debet tenēda est. Et ꝙ realiter oēs ꝓphie de filio dei incarnādo in xp̄o incarnato cōplete sint māifeste dmōstro. Incipiēdo ab eius ꝯceptiōe vsqꝫ ad suū aduētū iudicij gn̄alis. Obsecro te tn̄. O predicator euangelice veritatis: vt colloces memorie oia q̄ dicturus sum seu per gratiam infusam: seu per aliquē modū artificiatuꝫ qm̄ hec apparebūt populis tam mirabiliaqꝫ stupēda. Et insup miro mō accedēt eoꝝ corda ꝛ aios ad simplr̄ credēdū ꝛ sine alia glo. ea que sunt fidei xp̄iane. Incipiēs igitur ab initio vsqꝫ ad finem: de oibus his que de saluatore nr̄o ꝓph̄ata sunt: ꝛ adimpleta dico O popule xp̄iane. ꝙ ante xp̄i aduentū ꝓph̄atum fuerat ab Isaia cōceptio saluatoris tui de virgine: qui in. 7. c. ꝓdixit. Ecce virgo ꝯcipiet ꝛ pariet filiū ꝛc. hoc. n. adimpletum est. Nam Luc. j. Cū virgo Maria q̄reret ab angelo gabriele quō fiet istud qm̄ virum non cognosco. R̄ndens angelus dixit ei. Sp̄us. s. superueniet in te: ꝛ virtus altissimi obumbrabit tibi. Similr̄ vt hētur Mat. i. Cū Joseph spōsus Marie cogitaret sup eius cōceptionem: vt ibi dr̄. Ecce angelus dn̄i in somnis apparuit ei dicēs. Joseph fili Dauid noli timere accipere Mariam ꝯiugem tuā. qd̄. n. in ea natū est: de sp̄ū. s. ē. hec ibi. Prophetauit. Et Isaias eius natiuitatē. Luc. 9. c. di. Paruulus natus est nobis. ꝛ filius datus est nobis. Cuius ptās sup humerū eius: ꝛ vocabit. Admirabilis deus fortiꝫ ꝛc. Hoc adimplemētū est. Luc. 2. vbi dr̄. Factū ē āt cū eēnt ibi impleti sunt dies Marie vt parerēt: ꝛ pepit filium suū ꝑmo genitū hec ibi ꝓph̄auit ꝛ Michcas ꝓph̄a. Locū sue natiuitatꝪ. Mich. 5. c. di. Et tu bethleē terra iuda: nequaqꝫ minima es in ꝑncipibꝰ iuda. Ex te. n. exiet dux q regat populū meū israel. h ibi. Hoc adimpletū ē. Mat. 2. c. vbi dr̄. Cū aūt Herodes

Rex sciscitaretur a scribis sacerdotū vbi xp̄s nasceretur dixerunt ei. In bethleē iude. Sic n. scriptū est p ꝓpham. Et tu Bethleē terra iuda: nequaꝗ̄ minima es in principibus iuda. Ex te. n. exiet dux q regat populū meū israel. hec ibi. Prophetauit ēt Balaam Numeri. 24. ꝙ in natiuitate xp̄i stella noua orietur. dicēs. Orietur stella ex Jacob: ⁊ exurget rex ex israel. Hoc adimpletū ē. Mat. 2. c. vbi dicitur. Uidimus stellā eius in oriēte Prophetauit etiā Isaias. ꝙ xp̄s nasceretur inter bouem ⁊ asinū dicēs. Isai. j. c. Cognouit bos possessorē suū: ⁊ asinꝰ p̄sepe dn̄i sui. Israel aūt non cognouit me hoc adimpletū est. Luc. 2. c. vbi dr̄. Peperit filium suum p̄mogenitū. ⁊ pānis eū inuoluit: ⁊ reclinauit eum in presepio: q: nō erat ei locus in diuersorio: in quo. s. presepio: s̄m doctores: simul erat bos ⁊ asinus. Prophetauit insup Abachub. 3. c. ď eiꝰ noie di. Ego aūt gaudebo in dn̄o: ⁊ exultabo in deo Jesu meo. Hoc adimpletum fuit. Luce. 1. c. vbi angelus dixit Marie. Ecce cōcipies in vtero ⁊ paries filium: ⁊ vocabis nomen eius Jesum. Et Luc. 2. c. dr̄. Postꝗ̄ impleti sunt dies octo vt circunciderentur puer vocatum est nomen eiuſ Jesus: quod vocatū est ab angelo: p̄uſ ꝗ̄ in vtero conciperetur. Prophetauit ēt Isai. 58. c. qualiter reges debebāt Jesum adorare. Cū muneribus di. Surge illuminare ierusalem: q: venit lux tua. ⁊ gloria dn̄i sup te orta est: q: ecce tenebre operient terrā. ⁊ infra dr̄. Et ambulabunt gētes in lumine tuo: ⁊ reges in splēdore ortus tui: leua in circuitu oculos tuos ⁊ vide oēſ isti cōgregati sunt. venerūt tibi filij tui ď lōge venient: ⁊ filie tue ď latere surgēt: tūc videbis ⁊ afflues ⁊ mirabitur ⁊ dilatabitur cor tuū: qn̄ cōuersa fuerit ad te multitudo maris: fortitudo gētiū venerit tibi: inundatio camelorum opiet te dromedarij: madiā: ⁊ effa: Oēs ď sabba venient: Aurum ⁊ thus ďferētes: ⁊ laudē dn̄o annūciātes. h ibi. Hoc āt adipletū ē mat. 2. c. vbi dr̄. Magi venerūt ab oriēte Jerosolimā. di. Ubi ē q natꝰ ē rex iudeorum? Et. j. subditur. itrātes dom iuenerūt puerum

cum Maria matre eius: ꝛ ꝓcidentes adorauerūt euȝ. Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera: auꝝ thus ꝛ myrrā. Prophetauit etiaȝ Osee. xj. c. de fuga Christi in egyptū. di. in ꝑsona pris. Ex egypto vocaui filiū meū hoc adimpletuȝ fuit. Matth. 2. vbi dr̄. Apparuit angel⁹ dn̄i in somnis Joseph. di. Tolle pueꝝ ꝛ matrē eius: ꝛ fuge in egyptū: ꝛ esto ibi vsqꝫ dū dicā tibi. Et ꝯsurgens accepit pueꝝ ꝛ mr̄eȝ eius nocte ꝛ secessit in egyptū. Prophauit etiā Jsaias. xj. c. de mirabili sapiētia xp̄i: ꝛ de septē donis. s. s. di. Egredief vga ď radice Jesse. s. virgo Maria: ꝛ flos. s. xp̄s ď radice eius ascēdet: ꝛ regescet sup eum spūs dn̄i: spūs sapiētie ꝛ intellectus: spūs cōsilij ꝛ fortitudinis: spūs sciētie ꝛ pietatis: ꝛ replebit eū spū timoris dn̄i. Hoc aūt adimpletū ē. Luc. 2. c. Ubi stupebāt oēs super prudentia ꝛ responsis eius. Et Jo. 7. dicif. Nunq̄ꝫ locutus est sic hō in isrl̄. Prophauit etiā Jsaias. 35. c. de miraculoꝝ suoꝝ aparitiōe. di. Ecce deus noster veniet ꝛ saluabit nos. tunc aperient oculi cecoꝝ: ꝛ aures surdoꝝ patebunt: tūc saliet sicut ceruus claudus ꝛ apta erit lingua mutoꝝ. Hoc adimpletū est. Matth. xj. c. vbi dicif. Joānes aūt cū audisset in vinculis opa Christi mittēs duos de discipul' suis. s. ad certificādū eos ꝓphia Jsaie ipleta ait illi. Tu es q venturus es: an aliū expectam⁹. Et respōdēs Jesus ait. Euntes renunciate Joāni q̄ audistis ꝛ vidistis. Ceci vidēt: claudi ambulāt: leprosi mūdanf: surdi audiūt: mortui resurgūt pauperes euāgeliçanf. ꝛ beatus q nō fuerit scādeliçat⁹ in me. Et ꝙ ip̄e dn̄s plura miracula fecerit: ꝛ diuersa pȝ. Naȝ Matth. 4. c. dicitur. Circuibat Jesus p villas ꝛ castella ꝛ obtulerūt ei oēs male habentes varijs lāgorib⁹ ꝛ tormētis oppressos: ꝛ q demonia hēant. ꝛ lunaticos ꝛ paliticos: ꝛ curauit eos oēs. Similiter habef Lu. 4. vbi dr̄. ꝙ oēs q habebant infirmos varijs lāgorib⁹ deferebāt ad eū: ꝛ curabanf. Jtē Luc. 6. dicif. Uirtus de illo exibat: ꝛ sanabat oēs. Quātū ad mi

racula q̄ saluator nr̄ cum ho minib⁹ ꝯuersat⁹ opari dignatus ē ex euangelica colligit̄ hystoria: q̄liter ipse tres mortuos suscitauit vz filiam Archisinagogi in domo pr̄is. Matth.9. Mar.5. Luc.8.c. Itē filiū vidue delatū extra portā ciuitatis Naym. Luc.7. c.3⁹. fuit Laçarus fr̄ Marie Mag. q iaz q̄triduan⁹ erat: ꝛ i sepulchro fetebat. Jo.xj. Itē leprosos.xj. inuenit̄ mūdasse. De vno habet̄ Mat. 8. ꝛ Mar.j. Luc.5. De alijs aūt decē: qui dixerūt Jesu p̄ceptor miserere nr̄i. habetur Lu.17. Plures cecos legit̄ illuminasse. de duobus autē Mat.20. dicit̄. Duo ceci sedētes secus viā audierūt: q꞉ Jesus trāsire ꝛc̄. De vno alio dicit̄ Mat.8. Ueniūt bethsaida: ꝛ adducūt ei cecū ꝛc̄. De alio aūt ceco a natiuitate habet̄ Jo.8.9. Demoniacos aūt septē spāl'r liberauit. De duob⁹ hētur Mat.8. Similiter de illo q legionē demonū in se habebat. tāgitur Luc.8. De vno alio qui erat mut⁹. Mat.12. ꝛ Luc.xj. De quodā lunatico q non poterat liberari nisi in oratiōe ꝛ ieiunio Mat.9.c. Itē d̄ q̄dā spū imūdo ab hoīe i synagoga iudeo. eiecto: tāgit̄ Ma.j. Itē de filia mulieris cananee ad istātiā matris sanate habet̄ Mat.11. ꝛ Mar.7. Itē ad lr̄az narrat̄ Luc.8. q vnā legionē eiecit demonuz. Et hoc dī Matth.5. Itez cū socrus Simonis teneretur magis febribus impauit dominus febri ꝛ ꝯtinuo surgēs ministrabat illis. Matth.8. Mar.j. Luc.4. Itē paraliticū cū aū euz p tegulas dimissuz liberauit. Mat.9.ꝛ.4. Luc. 5. Itē idropicū duz sabbato comederet in domo pharisei sanauit. Luc.14. Itē hominē manū aridā habentē extēdere eā fec. Matt.13. ꝛ Mar. 4. Itē hoiez lāguidū p.30. annos in piscina sanauit. Luc. 13.c. Itē sanauit seruū cēturionis q iacebat ꝛ male torquebat̄. Joā.5.c. Itē incuruatā mulierē: nec sursum respicē valentem erexit. Mat. 8. Itē surduz fecit audire ꝛ mutū loqui Matth.9. Item filiū reguli de capharnaum incipientez mori ad vitaz reduxit. Jo.4. Itē fluxum sanguinis in muliere emoroissa

cessarī fecit ad tactū fimbrie vestimenti. Mat. 9. ⁊ Mar. 5. Item tempestate valida ipso dormiente in mari cōmota. Imperauit mari ⁊ statiz mare ⁊ venti obedierunt ei. Mat. 8. Luc. 8. ⁊ Mar. 4. Item ambulauit discipulis mirātibus supra mare: ⁊ Petrū ambulare fecit: ⁊ incipiētē mergi manu extēsa saluabit. Math. 14. Itē pulchrū miraculū ōndit illis tribus Apostolis in sua transfigura tione. Matth. 17. ⁊ Mar. 9. Itē de qnqꝫ panib⁹ ⁊ duob⁹ piscib⁹. qnqꝫ milia hoiuz saturauit: ⁊ sublati fuerūt. 12. cophini fragmentoꝝ. Mat. 14. c. ⁊ Mar. 6. Luc. 4. ioan. 6. itē q̈ttuor milia hoiuz alia vice refecit de septē panib⁹ ⁊ paucis piscibus: ⁊ supfuerunt septē sporte de fragmētis plene. Mat. 15. ⁊ Mar. xj. itē auriculā p Petrū seruo pricipis abscisaz benigne restituit: ⁊ Petrū sup hoc increpauit. Luc. 22. c. Prophanit vltra predicta isaias de ipsius futurorū precognitione. di. c. Item que sunt futura in alijs: ⁊ supra se prenunciabit. Hoc adimpletum fuit Luc. 19. di. Uidēs iesus ciuitatem fleuit super illaz di. Qr si cognosceres ⁊ tu ⁊ nūc hec abscōdita sunt ab oculis tuis. ⁊ infra ibi di. Et ecce inimici tui circundabunt te vallo. ⁊ coangustabūt te vndiqꝫ ⁊ prosternēt te: ⁊ nō relinquet lapis sup lapidem. Qd totū verificatuz fuit in bello Titi ⁊ Uespesiani contra iudeos siue ierlēz. itē prenunciauit de magnis opibus Apostoloꝝ post mortē suā io an. 14. di. Qui credit in me: opa q̄ ego facio ⁊ ipe faciet: ⁊ maiora hoꝝ faciet. Qd verificatū fuit: qr cuz xp̄s tres solos mortuos suscitauerit. Beat⁹ Andreas vt hr̄ in ei⁹ legēda. 46. mortuos in mari submersos simul ⁊ semel resuscitauit. Silr̄ ad vmbram Petri: vt hr̄ Act. 6. c. Oēs infirmi sanabant: a q̄cūqꝫ infirmitate detinebant. Prenunciauit ēt traditionē suaz di. Mar. 14. c. Unus vestrū me traditurus ē. Silr̄ pnunciauit qꝫ tertia die resurgeret di. Luc. 18. c. Tradet fili⁹ hominis pncipib⁹ sacerdotum ad flagellādū ⁊ crucifigēduz ⁊ tertia die resurget. ⁊ Ma.

12. dū exprobraret iudeos si/
gna q̄rētes dixit. Generatio
p̄ua ꝛ peruersa ꝛ adultera: si
gnū q̄rit: ꝛ signū nō dabit ei
nisi signū ione ꝓphe: q: sic io/
nas fuit trib⁹ dieb⁹ ꝛ tribus
noctib⁹ i vētre Ceti. sic fili⁹
hois erit trib⁹ dieb⁹ ꝛ trib⁹
noctib⁹ in corde terre. Que
oīa vt clare pꝫ in Euāgelistis
adimpleta sunt. Prophauit
insup Salomō Sapien. de
cognitōe secretoꝝ cordis di.
Dēs cogitatiōes noxias ipse
scrutabit. Qd adimpletū fu
it. Luc. 7. vbi legit ꝙ cū Si
mon leprosus murmuraret
in corde suo di. Si hic esset
ꝓpha sciret vtiqꝫ: q̄ ꝛ q̄lis ē
mulier q̄ tāgit eū: q̄m pecca/
trix ē: qd cognoscēs xp̄s di/
xit. Symoni hēo aliqd tibi
dicer ꝛc. Et alibi: dicebat iu
deis: vt qd cogitatis mala in
cor. ve. Silr ꝛ alibi di. Ui/
dēs iesus cogitatōes eoꝝ ꝛc.
Prophauit et de ipo Dauid
ꝓpha di. p̄s. Angelis su. de⁹
man. de te: vt custo. te in oib⁹
vis tuis. Hoc āt adimpletū
fuit. Mat. 4. vbi post tēta/
tiōeꝫ diaboli di. Et ecce An/
geli ministrabāt ei. Propha
uit et Hieremias. 9. c. de ei⁹
traditiōe p frēꝫ suū spūalēꝫ
dicēs. Frater supplātās sup
plātabit: in ore loquet paceꝫ
cū ꝓrio suo: ꝛ occulte ponet
ei insidias. Cū quo ꝯcordās
ꝓpha dicebat. p̄s. 54. Q m̄
si inimic⁹ meus maledixisset
mihi sustinuissem vtiqꝫ. Et si
hiꝫ q oderat me sup me mala
locut⁹ fuisset abscōdisseꝫ me
forsitā ab eo. Tu vō hō vna/
nimis dux me⁹: ꝛ not⁹ me⁹.
Qui simul mecū dulces ca/
piebas cibos: i domo dei am
bulauim⁹ cū cōsensu: h̄ totū
adimpletū fuit in traditiōe
xp̄i p Judā: q vt habet Ma.
26. Osculo ꝛ salutatiōe xp̄m
tradidit. dicens. Aue rabi: ꝛ
osculat⁹ ē eū. Cui xp̄s dixit.
Amice ad qd ve. Prophauit i
sup zacharias. xj. c. d precio
ei⁹ vēditio. di. Apphenderūt
merce. meā. 30. argēteis. hoc
adimple. fu. Mat. 26. c. vbi
di. At illi ꝯstituerūt ei. s. iu/
dei. 30. argenteos. Propha/
uit et Salomō Sapien. 16.
c. de ꝯmuniōe corpis xp̄i ad
discipulos dicēs figuratiue.
Panē de celo p̄stitisti eis oē
delectamentū in se habēteꝫ.
Hoc adimpletū fuit Lu. 22.
vbi di. Accipite ꝛ mādūcate

hoc est corpus meũ qḋ ꝑ vobis tradet. Prophetauit insup Dauid de tribulatiõe sua in psal. dicens. Anxiat⁹ est in me spirit⁹ me⁹ cõturbatũ est cor meũ. Hoc adimpletũ fuit Mar. 14. ⁊ Matthe. 26. c. vbi xp̃s cũ esset in orto dixit apostolis suis. Tristis est anima mea vsq̧ ad mortem ⁊c. Prophetauit ẽt Isaias. 53. ḋ eius spontanea oblatione ad mortẽ dicẽs. Oblat⁹ est qm̃ ipse voluit. Hoc adimpletuz fuit. Mar. 14. c. ⁊ Mat. 26. vbi Christ⁹ dixit apostolis. Surgite eamus: ecce qui me tradet prope ẽ. Prophetauit etiã zacharias. 13. c. de fuga ⁊ dispsiõe oiuz Apostoloꝝ di. Percutiã pastorẽ ⁊ dispergẽtur oues gregis. Similiter ꝑpheta Dauid dixit. Longe fecisti notos meos a me: posuerũt me abhominationẽ sibi. Et alibi dixit. Extrane⁹ fact⁹ suz fratrib⁹ meis: ⁊ peregrin⁹ filijs matris mee. Hoc adimpletũ fuit. Matth. 20. vbi dicit. Tũc oẽs discipuli relicto eo fugerũt. Prophetauit etiã Jeremias de casu iudeorũ retrorsuz. Jere. 26. c. dicẽs Dñs mecuz est tanq̃ bellator fortis. Jdcirco qui me persequunt cadent. Hoc adimpletũ fuit. Joã. 18. vbi dicit. Cõtinuo oẽs ceciderũt retrorsũ. Similiter ꝓphetauit Jeremias. 17. c. dicẽs. Cõfundantur oẽs q me ꝑsequunt ⁊ nõ cõfũdar ego: paueãt illi ⁊ nõ pauea ego. Induc super eos ⁊c. Hoc adimpletũ fuit. Jo. 18. c. vbi dicit. Cũ aũt dixisset. Ego sũ: iteꝝ ceciderũt oẽs retrorsũ. Prophetauit etiã ḋ maxille xp̄i ꝑcussiõe ante Annã per vnũ ministroꝝ. Trenorũ. 3. dicẽs. Dabit ꝑcutienti se maxillã: saturabit obprobrijs. Hoc adimpletuz fuit. Joã. 18. c. vbi dicit. Hec cuz dixisset: assistẽs vn⁹ ministrorũ dedit alapã Jesu dicens. Sic respõdes pontifici. Prophetauit insup Jsaias. 43. c. decius mirabili patiẽtia ⁊ benigna rñsione in maxille ꝑcussione dicẽs. Patiẽs fui ⁊ nõ impie locutus sũ: ꝯtra percutientẽ me. Hoc adimpletum fuit. Joã. 18. c. vbi dicit. Tũc respõdit ei Jesus dicens. Si male dixi: testimoniuz perhibz de malo. si aũt bene: quid me cedis? Prophetauit etiaz Dauid de duobus falsis testi

bus in domo Caiphe contra Christū insurgentibus dicēs Insurrexerunt in me testes iniqui ꝛ mentita est iniquitas sibi. Hoc adimpletū fuit. Mat.26. vbi dicitur. Stabat autem Jesus ante Cayphan principem vbi scribe ꝛ pharisei: ꝛ omne concilium querebant falsum testimoniuꝫ aduersus Jesuꝫ: vt ei morti traderēt. Nouissime autē venerunt duo falsi testes: et dixerunt. Hic dixit qꝛ possum destruere templum dei: ꝛ in tribus diebus reedificare illud: ꝛ non erat conueniens testimonium eorūꝫ. Prophetauit ēt Isaias.53.c. de eius silentio ꝛ taciturnitate coram Caipha cum interrogaretur ab eo: vt falsis testibus responderet dicēs. Tanq̄ꝫ ouis ad occisionē ductus est: ꝛ sicut agnus corā tondente se obmutuit: ꝛ nō aperuit os suum. Quod etiam prophetauit Dauid dicens. Ego āt tanq̄ꝫ surdus non audiebam: ꝛ sicut mutus nō aperiēs os suuꝫ. Hoc adipletū fuit. Mat. 26.c. vbi cū caiphas diceret iesu. Nihil rn̄des ad ea q̄ isti testificāt aduersus te. Sequtur Jesus autē tacebat. ꝛ nō rn̄dit ei ad vllū v̄bū ita vt ēt miraret̄ p̄ses. Prophetauit etiā Job.16. de ꝑcussiōe faciei christi: ꝛ quomō debebāt eaꝫ ꝯspuere. dicēs. Faciē meaꝫ ꝯspuere nō verētur: ꝑcusserūt maxillā meā ꝛ saturati sūt pēis meis. Hoc idē plēi⁹ prophetauit Isaias.50.c. dicēs. Corp⁹ meū dedi ꝑcutientib⁹: ꝛ gēas meas velantib⁹: faciē meā nō auerti ab increpātib⁹ ꝛ ꝯspuētib⁹ in me: dn̄e deus auxiliator meus: ꝛ ideo nō suꝫ ꝯfusus: ꝛ posui ꝯ͂ eos faciē meam vt petrā durissimam. Hoc adimpletum fuit Matth.26.c. vbi dr̄. Tūc expuerūt oēs in faciē eius: ꝛ colaphis eū cedebāt ꝛ palmas in faciē eius dabāt dicētes. Prophiza nobis Christe qs ē q te percussit? Prophetauit etiā Dauid. p̄s.2. de ꝯcordia ꝛ pace Pilati ꝛ Herodis ex trāsmissiōe Jesu ad Herodē dicens. Astiterunt reges terre ꝛ principes ꝯuenerunt in vnū aduersus dominū: ꝛ aduersus Christū eius. Hoc adimpletū fuit. Luc.23. c. vbi dicitur. Pilatus autē audiēs ꝙ Jesus galile⁹ esset: cogno-

uit quod de Herodis pote
state esset τ remisit eum ad
Herodem qui τ ipse hieru-
salem is erat illis diebus τ
infra subditur. Et facti
sunt amici. Herodes τ Pila
tus in illa die. Prophetauit
etiā egregie Isaias.53.ca.de
crudeli τ vniuersali corporis
xp̄i flagellatione p peccatis
nostris suscepta.di. Nō erat
ei species neq; decor. τ vidi-
mus eū despectum: τ nouissi
mū viroꝝ. virū: doloꝝ: τ scien
tē infirmitatē. vere lāguores
nostros ipse tulit: τ dolores
nrōs ipse portauit: τ nos re-
putauim⁹ eū tanq̄ leprosum
τ pcussū a deo humiliatum.
Ipe autē vulnerat⁹ ē pp iniq
tates nostras. attritus est pp
scelera nr̄a: disciplina pacis
nostre sup eū cuius liuore sa-
nati sumus oēs nos: q̄si oues
errauim⁹ vnusquisq; in viā
suā declinauit τ posuit dn̄s
in eo inīqtatē omniū nostrū
Hoc idē optie pbauit. Job.
16. ca. di. Collegit inimicus
meus furorē suū in me: τ cō-
minās mihi infremuit ꝯtra
me dētib⁹ suis Hostis meus
terribilibus oculis intuitus
ē me aperuerūt super me ora
sua: τ ex pbrātes pcusserunt
corpus meū: τ saturati sunt
penis minis: ꝯclusit me deus
apud iniquos τ māib⁹ impio
rū me tradidit. Ego ille quon
dā opulētus repēte cōtritus
sum. tēuit ceruicē meā: ꝯfre-
git me q̄si insignū Circunde-
dit me lāceis suis. τ ꝯuulne-
rauit lumbos meos: τ effu-
dit in terrā sanguinē meum.
Cōcidit me vulnere sup vul-
nus: τ irruit in me q̄si gigas
Hoc totū adipletū fuit Joā.
14. ubi dicitur. Tūc ergo ap
ꝑhendit pilatus Jesū τ fla-
gellauit eū. Prophetauit in-
super Salomō can.3.c. de co
ronatiōe xp̄i p spineā coronā
in ꝑsona Eccle. di. egredimi
ni τ videte filie syon regē Sa
lomonē i diademate suo quo
corōauit eū mater sua: in die
desponsatiōis illius Hoc ad
impletū fuit Joan.16. ubi di
citur. Et milites plectētes co
ronā de spinis imposuerunt
capiti eius. τ veste purpurea
circūdederūt eū τ veniebāt
ad eum τ dicebāt. Aue rex iu
deoꝝ. pphetauit Salomō de
morte xp̄i pcrucē turpissimā
que erat mors latronū di.
Sapi.2.ca. Morte turpissi-

ma cōdēnem⁹ eū Quod etiā magis specifice prophetauit Hieremias.xi.c.in persona dn̄i dicens. Cogitauerūt sup me cōsilia dicētes. Venite mit tamus lignū.i.crucē in panē eius.i.in crucifixionē corpo ris eius. ꝛ tradam⁹ eū de ter ra viuētiū ꝛ nomē eius nō me moret amplius. hoc ad im pletū fuit Joan.19.c.ubi di citur. Tūc tradidit eis pila tus Jesū vt crucifigeret sus ceperūt autē Jesū: ꝛ ꝑduxe rūt: ꝛ baiulās sibi crucē ēxi uit in eū q dicitur Caluarie locus id ē in golgata. vbi eū crucifixerunt. Prophetauit etiā Dauid de mō crucifixio nis xp̄i di. Foderūt mānus me as ꝛ pedes meos hoc adim pletū fuit. Matth.27.c.vbi dicit. Tūc autē crucifixerūt eū: vbi ait glo. Fodiēdo. vz di ris clauis man⁹ eius ꝛ pedes Prophetauit etiā ysa.53.de eius iniq̄ sociatiōe in morte dicēs Ipse tradidit in morte aiā suā ꝛ cū sceleratis depu tatus ē hoc ipletū fuit Lu.23 c.vbi dr̄. Ducebant cum eo duo alii nequā: vt simul cruci figerent. ꝛ Matth.27. c.dr̄. Tūc crucifixi sunt cū eo duo latrōes. vnus a dextris aliusq a sinistris. Prophetauit etiā Dauid in ps̄. de sorte ponēda in vestibus xp̄i. dicēs. Diuise rūt sibi vestimēta mea ꝛ sup vestē meā miserūt sortē: Hoc impletū fuit Joan.19.c. vbi dicitur. Milites autē cū cru cifixissent eū acceperūt vesti mēta eius. fecerūt quattuor partes vnicuiq militi partē ꝛ tunicā. Erat autē tunica in cōsutilis ꝛ desup cōtexta per totū: dixerūt autē ad inuicē nō scindam⁹ eam. sed sortia mur de illa cuius sit: Prophe tauit etiam ysai. 53. ca. De iniuriaꝝ remissiōe: ꝛ de chri sti pro inimicis ad patrem supplicatione dicens. Ipse multorū peccata tulit ꝛ pro transgressoribus exorauit. Hieremia insuper. decimo octauo. capitulo. in persona domini hoc idem Prophe tauit di. Nunquid reddi tur pro bono malum: quia fo derunt foueam idest prodi tionem anime mee? Recorda re quod steterim in conspe ctu tuo vt lo.pro.eis.bonum ꝛ.a.in.t.ab eis hoc impletū fuit. Luce.23.c. vbi dicitur. Jesus autē dicebat. pater di

mitte illis: nō. n. sciunt quid faciunt. prophetauit ēt Salomon de capitis motiōe iudeorum ex derisione ꝯ xp̄m pendentem in cruce. Sapien. 2. ca. dicēs. Circūueniamus ergo iustum. qm̄ inutilis est nobis: ꝛ ꝯtrius operibus nr̄is: ꝛ improperat nobis peccata legis: ꝛ diffamat in nos peccata discipline nostre. ꝓmittit se scientiam dei hr̄e. ꝛ filium dei se nominat. factus est nobis in ꝯdictionem cogitationum nr̄arum: grauis est nobis ēt ad videndum qm̄ dissimilis est alijs vita illius. tanq̄ nugaces extimati sumus ab illo: ꝛ abstinet se a vijs nr̄is tanq̄ ab immunditijs: ꝛ profert nouissima iustorum: ꝛ gloriatur se patrē habere deum videamus ergo si sermōes illius veri sunt: ꝛ temptemus que ventura sunt illi: ꝛ sciemus que erunt nouissima illius. Si. n. est verus dei filiꝰ suscipiat eum: ꝛ liberabit eum de manibus contrariorū: cōtumelia ꝛ tormento interrogemus illum: vt sciamus reuerentiam illius: ꝛ ꝓbemus patientiam eius: morte turpissima ꝯdemnemus eū: erit enim ei respectu s ex sermonibus illius. hoc. n. cogitauerunt ꝛ errauerunt: excecauit enim illos malitia illorum. ꝛ nescierunt sacr̄a dei: nec mercedem sperauerunt iusticie: nec iudicauerunt honorē aiarum sanctarum. hec ibi. Cui concordans Dauid in ps̄. 21. dixit. Omnes vidētes me deriserūt me: locuti sunt labijs ꝛ mouerūt caput. Hoc totū adimpletum fuit. Matthei. 27. ca. vbi di. Pretereuntes aūt oēs blasphemabant eū: mouentes capita sua. ꝛ dicētes. Uah qui destruis tēplū dei: ꝛ in triduo illud reedificas. salua temetipsum si filiꝰ dei es. descende de cruce. Similiter ꝛ principes sacerdotum illudentes ei cum scribis ꝛ senioribus dicebant. Alios saluos fecit: semetipsum non pōt saluum facere: si rex israel est descendat nunc de cruce ꝛ credimus ei: cōfidit in deo: liberet eum si vult. Dixit. n. qꝛ filius dei sum. Prophetauit ēt Dauid in psal. depotationem xp̄i p fel ꝛ acetum. di. Dederunt in escam meam fel: ꝛ in siti mea potauerunt me aceto. Hoc impletū fuit Jo.

19.cap.vbi dr̄.Sciēs Jesus q2 oia iam cōsumata sunt: vt scriptura impleretur dixit. Sitio. Uas ergo tunc positum fuit aceto plenū. Illi aūt spongiam aceto plenam isopo circumponentes. obtulerunt ori eius. Cum aūt accepisset Jesus acetuz dixit. Cōsumatuz est. hec ibi. Prophetauit insuper ysa. tredecimo capi. de solis obscuratione ꝛ tenebris futuris. i christi crucifixione. dicens. Tunc enim stelle celi ꝛ splendor earuz nō extendent lumē suū. tūc obtenebrabit sol in ortu suo: ꝛ luna nō splēdebit i lumine suo: ꝛ ostendam superbiam infidelium ꝛ arrogātiā eoꝝ humiliabo. Hoc impletū fuit Luce vicesimotertio cap. vbi dr̄ Hora āt sexta tenebre facte sunt in vniuersa terra vsqꝫ in horam nonam: ꝛ obscuratus est sol: ꝛ velū tēpli ꝑ medium scissum est. Prophetauit ēt ysai. de spiritus xp̄i emissiōe cū valido clamore ꝛ dolore. Egredieť spūs eius ab eo. cū valido clamore. tanqꝫ spūs ꝑturiētis. Hoc impletū fuit Luce. 23. capit. vbi dicitur. Jesus aūt clamās voce magna dixit: Pater in manus tuas cōmēdo spūm meum. ꝛ hec dicēs exspirauit. Mar. quoqꝫ decimoquarto ca. dr̄. Hora aūt nona exclamauit Jesus voce magna dicens. Heloy heloy. lamazabatani qđ est interpretatū. deus meus. deus meus. vt qd dereliquisti me? ꝛ iterum emissa voce magna exspirauit. Prophetauit ēt Job decimosexto capit. de latere xp̄i post eius mortē trāslanceatōe dicens. Circūdedit me hostis lancea sua: ꝛ vulnerauit lumbos meos: ꝛ effudit in terra sanginē meū ꝛ viscera mea: hec ibi. Hoc impletū fuit Jo. decimonono cap. vbi dr̄. Milites āt cum venissent ad Jesum ꝛ viderent eū iā mortuū: nō fregerunt eius crura. Sed vnꝰ militū lancea latus eius aperuit: ꝛ ꝯtinuo exiuit sanguis ꝛ aqua. Prophetauit insuꝑ Dauid in p̄s. ď descēsiōe xp̄i ad inferos: ꝛ de cōtrafactōe portarum inferni di. Attollite portas principes ve. ꝛc. ꝛ i alio p̄s. dixit. Portas creaꝫ ꝛ vectes ferreos ꝯfringam. Hoc impletū fuit. vt hētur in symbolo Apostoloꝝ: qꝛ Je

ornas bõis opibꝰ:q̄ deo ⁊ angelis p̄sentāda ē in celis?qre aiaꝫ tuā vilipēdis ⁊ ei carnē tuā p̄ponis?Certe dn̄aꝫ ancillari:⁊ ācillā dn̄ari magna abusio ē. ¶ Scd̄o etiā dico ꝙ lex christiana ordiat hoieꝫ ad seipsū sup oēm aliā legeꝫ quātū ad obiectionē. Dis ordo ꝭꝫ ph̄ꝫ.2.de aia exigit: ꝙ q̄libꝫ potētia respiciat suum obiectū:sicut auris sonū:visus colorē:⁊ hmōi.Cū igitͬ in hoie sit potētia itellectiua. ⁊.6.ethi.obiectū intellectus sit veꝝ nō simplr̄ creatū sed increatū ꝭꝫ theologos. tunc hō dr̄ in seipso bn̄ ordinatus cū potētia sua itellectiua hꝫ ⁊ credit veꝝ ⁊ bonū icreatū ꝓ vltima sua felicitate hunc ordinē obseruat xp̄iana lex:q̄ tenet solū veꝝ ⁊ bonū increatū qd̄ deꝰ ē esse simplr̄ obiectū humāi intellectꝰ ⁊ voluntatis:quē ordinē nequaq̄ꝫ:vt sup̄ visū ē.obseruat lex iudaica seu Machometi : q̄ tenet exp̄sse bonū terrenū ⁊ creatū oē obiectū felicitatis ipsius humāi intellectꝰ ⁊ voluntatis ꝓph̄a dicēte. Oculos suos statuerūt declinare in terrā.Ex qbus etiā pꝫ fidem xp̄ianā oi alia fide p̄fectionē eē. ¶ Tertio deniq̄ꝫ dico ꝙ lex xp̄iana sup oēm aliā legeꝫ ordinat hoieꝫ ad seipsū quantū ad imitationē. Tūc enim ꝭm Augustinū lib.de verbis dn̄i qlibꝫ dr̄ bn̄ ordinatꝰ:cum nō tm̄ deū respicit.Sꝫ cum imitatͬ vestigia eius bōitatis Proinde Gen̄.1.dr̄. q: deus creauit hoieꝫ ad imagineꝫ ⁊ silr̄itudinē suā. Nā imago ↄsistit in nālibus.Silr̄itudo uero in gratuitis:seu imago denotat substantiā.silr̄itudo vero actū.Ex quo pꝫ ꝙ tūc hō dr̄ p̄fecte ordinatus in seipso cū in se hꝫ actualē dei silr̄itudinē quātū ad opa exteriora Ad hoc ordiat hoieꝫ lex xp̄iana.Un̄ Apostolꝰ ad Ephe.5. ait. Imitatores dei estote sicut filij carissimi. Oppositū faciunt oēs alie secte ꝓpter qd̄ ↄcluditͬ ꝙ xp̄iana lex v̄issima ē.Ex p̄dicto igitͬ.5.argumēto.vꝫ ordinationis apparet ꝙ cū xp̄ianoꝝ fides ordinet hoieꝫ in deū.in ꝓximū ⁊ in seipsū. Oppositū vero faciāt oēs alie leges : sola ipsa v̄issima esse demōstratͬ. Q nē triplicē christiāe fidei ordinē vꝫ. diuinalem : proximalem

ꝛ spālē:mihi ꝛ vobis largiri dignet̃ infinita clemētia diuine maiestatis:cui semꝑ sit oīs laus ꝛ gloria: in secula seculorum. Amen.

℄ Feria quinta post dominicam quinquagesime:de q̈rta excellentia. vz de veritate ipsius sanctissime fidei.

Amen dico vobis. non inueni tātā fidez in israel. Scribuntur hec verba Matth. 8. ꝛ in euangelio occurrētis ferie d̄clarata moraliter hystoria euāgelica: ꝛ applicata ad materiā fidei quā verbi dei p̄dicator mō tuo d̄clarabis: dicere poteris. Postq̄ in supioribus sermonibus declarauimus. 5. argumēta veritatē sacratissime fidei xp̄iane demōstrātia: habeo in p̄nti sermōe ex quo sacrū euāgeliū singulariter de virtute fidei spālez facit mētionē declarare simpliciter sextū argumētuz: qđ miro mō est demōstratiuū veritatis ipsius fidei bn̄dicte: qđ vtiq̄ argumētū erit validissimū. ꝛ isuꝑ erit ad audiēdū valde mirabile ꝛ stupēdū cuius argumenti tam stupendi declaratio talis erit.

℄ De sexto argumento quo ostenditur ꝙ sola xp̄ianoꝝ fides vera est ꝛ salutifera.

Sextum argumētū in p̄nti feria in ordine d̄clarādū: quo singulariter oñdet̃ solā fidē xp̄ianoꝝ verissimā eē: ꝛ ñ alterā dr̄ argumētū cōpletiōis: ꝑ declaratiōe huius sexti argumēti demōstrātis simpl'r fidē xp̄ianoꝝ eē verissimā: ꝛ nō alterā. Primo ꝛ ante oīa occurrunt mihi verba Nico. de lira in suo tractatulo quē facit ꝯ iudeos dicētis. Quotiēs inq̄t aliqua scriptura denunciat aliq̄d esse futurū determinat tp̄s locū: ꝛ modū. Si oīa p̄dicta simul ꝯcurrāt manifeste pz qđ illud qđ p̄dcm̄ fuerat verissimū ē. h ille. pz sic h regula. Nā qñ aliq̄s medicus: seu astrologus p̄dixit aliq̄ hora ꝛ tpe aliq̄d futuꝝ eē. si illud eo mō aduenerit q̄ p̄dcm̄ fuit ꝑfecto certa fides ꝛ i dubia eidē medico vl' astrologo adhibet̃ ꝙ v̄a dixerit: ꝛ insuꝑ ꝙ eoꝝ sñia seu ꝯsiliū verissimum fuit. Quo p̄suppositio: certū ē ꝙ sacra scriptura seu vetus testm̄ p̄dixit aduētus

incarnatiõis filij dei: ⁊ natiuitatē: ⁊ locū ⁊ moduz. Que oia cū simul venerint vt imediate patebit: ⁊ cōpleta sint necessario concludit̃ q̄ sola xp̄ianoꝝ fides verissima apparet sup oēm aliā fidez. ⁊ p oīs ab oībus q saluari debet tenēda est. Et q̄ realiter oēs pphie de filio dei incarnādo in xp̄o incarnato cōplete sint māifeste d̄mōstro. Incipiēdo ab eius ↄceptiōe vsq₃ ad suū aduētū iudicij gn̄alis. Obsecro te tn̄. O predicator euangelice veritatis: vt reponas memorie oia q̄ dicturus sum seu per gratiam infusam: seu per aliquē modū artificiatuz qm̄ hec apparebūt populis tam mirabilia: q₃ stupēda. Et insup miro mō accedēt eoꝝ corda ⁊ aīos ad simplr credēdū ⁊ sine alia glo. ea que sunt fidei xp̄iane. Incipiēs igitur ab initio vsq₃ ad finem: de oibus his que de saluatore nr̄o pphata sunt: ⁊ adimpleta dico O popule xp̄iane. q̄ ante xp̄i aduentū pphatum fuerat ab Isaia cōceptio saluatoris tui de virgine: qui in. 7. c. p̄dixit. Ecce virgo ↄcipiet ⁊ pariet filiū ⁊c. hoc. n. adimpletum est. Nam Luc. j. Cū virgo Maria q̄reret ab angelo gabriele qūo fiet istud qm̄ virum non cognosco. Rn̄dens angelus dixit ei. Spūs. s. superueniet in te: ⁊ virtus altissimi obumbrabit tibi. Similr vt hētur Mat. i. Cū Joseph spōsus Marie cogitaret sup eius cōceptionem: vt ibi dr̄. Ecce angelus dn̄i in somnis apparuit ei dicēs. Joseph fili Dauid noli timere accipere Mariam ↄiugem tuā. qd̄. n. in ea natū est: de spū. s. ē. hec ibi. Prophetauit. Et Isaias eius natiuitatē. Luc. 9. c. di. Paruulus natus est nobis. ⁊ filius datus est nobis. Cuius ptās sup humerū eius: ⁊ vocabit̃. Admirabilis deus fortis ⁊c. Hoc adimplemētū est. Luc. 2. vbi dr̄. Factū ē āt cū eēnt ibi impleti sunt dies Marie vt pareret: ⁊ pepit filium suū p̄mo genitū hec ibi pphauit ⁊ Micheas ppha. Locū sue natiuitat̄. Mich. 5. c. di. Et tu bethleē terra iuda: nequaq₃ minima es in p̄ncipibus iuda. Ex te. n. exiet dux q regat populū meū israel. h ibi. Hoc adimpletū ē: Mat. 2. c. vbi dr̄. Cū aūt Herodes

Rex. sciscitaret a scribis sacerdotū vbi xp̄s nasceret dixerunt ei. In bethleē iude. Sic n. scriptū est p pp̄ham. Et tu Bethleē terra iuda: nequaq̄ minima es in principibus iuda. Ex te. n. exiet dux q regat populū meū israel. hec ibi. Prophetauit ēt Balaaz Numeri. 24. q in natiuitate xp̄i stella noua orief. dicēs. Orietur stella ex Jacob: ꝛ exurget rex ex israel. Hoc adimpletū ē. Mat. 2. c. vbi dicif. Uidimus stellā eius in oriēte. Prophetauit etiā Isaias. q xp̄s nasceref inter bouem ꝛ asinū dicēs. Isai. j. c. Cognouit bos possessorē suū: ꝛ asin⁹ p̄sepe dn̄i sui. Israel aūt non cognouit me hoc adimpletuz est. Luc. 2. c. vbi dr̄. Peperit filium suum p̄mogenitū. ꝛ pānis eū inuoluit: ꝛ reclinauit eum in presepio: q: nō erat ei locus in diuersorio: in quo. s. presepio: f̄m doctores simul erat bos ꝛ asinus. Prophetauit insup Abachub. 3. c. d ei⁹ noie di. Ego aūt gaudebo in dn̄o: ꝛ exultabo in deo Jesu meo. Hoc adimpletum fuit. Luce. 1. c. vbi angelus dixit Marie. Ecce cōcipies in vtero ꝛ paries filium: ꝛ vocabis nomen eius Jesum. Et Luc. 2. c. dr̄. Postq̄ impleti sunt dies octo vt circuncideretur puer vocatum est nomen eiꝰ Jesus: quod vocatū est ab angelo: p̄uꝰ q̄ in vtero conciperef. Prophetauit ēt Isai. 58. c. qualiter reges debebāt Jesum adorare. Cū muneribus di. Surge illuminare ierusalem: q: venit lux tua. ꝛ gloria dn̄i sup te orta est: q: ecce tenebre operient terrā. ꝛ infra dr̄. Et ambulabunt gētes in lumine tuo: ꝛ reges in splēdore ortus tui: leua in circuitu oculos tuos ꝛ vide oēs isti cōgregati sunt. venerūt tibi filij tui d lōge veniēt: ꝛ filie tue d later surgēt: tūc videbis ꝛ afflues ꝛ mirabif ꝛ dilatabif cor tuū: qn̄ cōuersa fuerit ad te multitudo maris: fortitudo gētiū venerit tibi: inundatio camelorꝫ opiet te dromedarij: madiā: ꝛ effa: Oēs d saba veniēt: Aurꝫ ꝛ thus ōferētes: ꝛ laudē dn̄o annūciātes. h ibi. Hoc āt adipletū ē mat. 2. c. vbi dr̄. Magi venerūt ab oriēte Jerosolimā. di. Ubi ē q nat⁹ ē rex iudeorꝫ? Et. j. sub dif. itrātes do. iuenert puerꝫ

cum Maria matre eius: ꝛ p
cidentes adorauerũt eũ. Et
apertis thesauris suis obtu
lerunt ei munera: aurũ thus
ꝛ myrrã. Prophetauit etiam
Osee. xj. c. de fuga Christi in
egyptũ. di. in psona pris. Ex
egypto vocaui filiũ meũ hoc
adimpletum fuit. Matth. 2.
vbi dr. Apparuit angelus dñi
in somnis Joseph. di. Tolle
puerũ ꝛ matrẽ eius: ꝛ fuge in
egyptũ: ꝛ esto ibi vsq; dũ di
cã tibi. Et ꝯsurgens accepit
puerũ ꝛ mrẽ eius nocte ꝛ se
cessit in egyptũ. Prophauit
etiã Jsaias. xj. c. de mirabi
li sapiẽtia xpi: ꝛ de septẽ do
nis. s. s. di. Egredieť vga ð ra
dice Jesse. s. virgo Maria: ꝛ
flos. s. xp̃s ð radice eius ascẽ
det: ꝛ regescet sup eum spũs
dñi: spũs sapiẽtie ꝛ intelle
ctus: spũs cõsilij ꝛ fortitudi
nis: spũs sciẽtie ꝛ pietatis: ꝛ
replebit eũ spũ timoris dñi.
Hoc aũt adimpletũ ẽ. Luc.
2. c. Ubi stupebãt oẽs super
prudentia ꝛ responsis eius
Et Jo. 7. dicit. Nunq̃ locu
tus est sic hõ in isrl. Propha
uit etiã Jsaias. 35. c. de mira
culorũ suorũ aparitiõe. di. Ec
ce deus noster veniet ꝛ salua
bit nos. tunc aperient oculi
cecorũ: ꝛ aures surdorũ pate
bunt: tũc saliet sicut ceruus
claudus ꝛ apta erit lingua
mutorũ. Hoc adimpletũ est.
Matth. xj. c. vbi dicit. Joã
nes aũt cũ audisset in vincu
lis opa Christi mittẽs duos
de discipulis suis. s. ad certifi
cãdũ eos ꝓphia Jsaie ipleta
ait illi. Tu es q vẽturus es:
an aliũ expectamus. Et respõ
dẽs Jesus ait. Euntes renun
ciate Joãni q̃ audistis ꝛ vi
distis. Ceci vidẽt: claudi am
bulãt: leprosi mũdant: surdi
audiũt: mortui resurgũt pau
peres euãgelizant. ꝛ beatus
q nõ fuerit scãdelizatus in me.
Et ꝙ ipe dñs plura miracu
la fecerit: ꝛ diuersa pz. Nã
Matth. 4. c. dicitur. Circui
bat Jesus p villas ꝛ castella
ꝛ obtulerũt ei oẽs male ha
bentes varijs lãgoribus ꝛ tor
mẽtis oppressos: ꝛ q demo
nia hẽant. ꝛ lunaticos ꝛ pali
ticos: ꝛ curauit eos oẽs. Si
militer habeť Lu. 4. vbi dr.
ꝙ oẽs q habebant infirmos
varijs lãgoribus deferebãt ad
eũ: ꝛ curabant. Itẽ Luc. 6.
dicit. Uirtus de illo exibat:
ꝛ sanabat oẽs. Quãtũ ad mi

racula q̄ saluator nr̄ cum ho minib⁹ ꝯuersat⁹ opari digna tus ē ex euangelica colligit hystoria: q̄liter ipse tres mortuos suscitauit vz filiam Archisinagogi in domo p̄ris. Matth.9. Mar.5. Luc.8.c. Itē filiū vidue delatū extra portā ciuitatis Naym. Luc.7. c.3⁹. fuit Laçarus fr̄ Marie Mag. q iaz q̄triduan⁹ erat: ⁊ i sepulchro fetebat. Jo.xj. Itē leprosos.xj. inuenit mūdasse. De vno habet Mat. 8. ⁊ Mar.j. Luc.5. De alijs aūt decē: qui dixerūt Jesu p̄ceptor miserere nr̄i. habetur Lu.17. Plures cecos legit illuminasse. de duobus autē Mat.20. dicit. Duo ceci sedētes secus viā audierūt: q2 Jesus trāsire ⁊c. De vno alio dicit Mat.8. Ueniūt bethsaida: ⁊ adducūt ei cecū ⁊c̄. De alio aūt ceco a natiuitate habet Jo.8.9. Demoniacos āt septē sp̄al'r liberauit. De duob⁹ hētur Mat.8. Similiter de illo q legionē demonū in se habebat. tāgitur Luc.8. De vno alio qui erat mut⁹. Mat.12. ⁊ Luc.xj. De quodā lunatico q non poterat liberari nisi in oratiōe ⁊ ieiunio Mat.9.c. Itē d̄ q̄dā spū imūdo. ab hoīe i synagoga iudeo. eiecto: tāgit Ma. j. Itē de filia mulieris cananee ad istātiā matris sanate habet Mat.12. ⁊ Mar.7. Itē ad lr̄az narrat Luc.8. q̄ vnā legionē eiecit demonuz. Et hoc dī Matth.5. Itez cū socrus Simonis teneretur magis febribus imparuit dominus febri ⁊ ꝯtinuo surgēs ministrabat illis. Matth.8. Mar.j. Luc.4. Itē paraliticū cū añ euz p tegulas dimissuz liberauit. Mat.9. ⁊.4. Luc. 5. Itē idropicū duz sabbato comederet in domo pharisei sanauit. Luc.14. Itē hominē manū aridā habentē extēdere eā fec̄. Matt.13. ⁊ Mar. 4. Itē hoiez lāguidū p.30. annos in piscina sanauit. Luc. 13.c. Itē sanauit seruū cēturionis q iacebat ⁊ male torquebat. Joā.5.c. Itē incuruatā mulierē: nec sursum respicē valentem erexit. Mat. 8. Itē surduz fecit audire ⁊ mutū loqui Matth.9. Item filiū reguli de capharnaum incipientez mori ad vitaz reduxit. Jo.4. Itē fluxum sanguinis in muliere emoroissa

12. vbi exprobraret iudeos si/
gna q̄rētes dixit. Generatio
pua ⁊ peruersa ⁊ adultera: si
gnū q̄rit: ⁊ signū nō dabit ei
nisi signū ione ꝓphe: q: sic io/
nas fuit trib⁹ dieb⁹ ⁊ tribus
noctib⁹ i vētre Ceti. sic fili⁹
hois erit trib⁹ dieb⁹ ⁊ trib⁹
noctib⁹ in corde terre. Que
oia vt clare pꝫ in Euāgelistis
adimpleta sunt. Prophauit
insup Salomō Sapien. de
cognitōe secretoꝝ cordis di.
Dēs cogitatiōes noxias ipe
scrutabit. Qđ adimpletū fu
it. Luc. 7. vbi legit ꝙ cū Si
mon leprosus murmuraret
in corde suo di. Si hic esset
ꝓpha sciret vtiq: q̄ ⁊ q̄lis ē
mulier q̄ tāgit eū: qm̄ pecca/
trix ē: qđ cognoscēs xp̄s di/
xit. Symoni hēo aliqd tibi
dicere ⁊c̄. Et alibi: dicebat iu
deis: vt qd cogitatis mala in
cor. ve. Silr ⁊ alibi di. Ui/
dēs iesus cogitatōes eoꝝ ⁊c̄.
Prophauit ēt de ipo Dauid
ꝓpha di. p̄s. Angelis su. de⁹
man. de te: vt custo. te in oib⁹
vis tuis. Hoc āt adimpletū
fuit. Mat. 4. vbi post tēta/
tiōes diaboli di. Et ecce An/
geli ministrabāt ei. Propha
uit ēt Hieremias. 9. c. de ei⁹
traditiōe p frēs suū sp̄uales
dicēs. Frater supplātās sup
plātabit: in ore loquet pacē
cū ꝓrio suo: ⁊ occulte ponet
ei insidias. Cū quo ꝯcordās
ꝓpha dicebat. p̄s. 54. Qm̄
si inimic⁹ meus maledixisset
mihi sustinuissem vtiq. Et si
his q oderat me sup me mala
locut⁹ fuisset abscōdissē me
forsitā ab eo. Tu vo hō vna/
nimis dux me⁹: ⁊ not⁹ me⁹.
Qui simul mecū dulces ca/
piebas cibos: i domo dei am
bulauim⁹ cū cōsensu: h̄ totū
adimpletū fuit in traditiōe
xp̄i p Judā: q vt habet Ma.
26. Osculo ⁊ salutatiōe xp̄m
tradidit. dicens. Aue rabi: ⁊
osculat⁹ ē eū. Cui xp̄s dixit.
Amice ad qd ve. Prophauit i
sup zacharias. xj. c. đ precio
ei⁹ vēditio. di. Apphenderūt
merce. meā. 30. argēteis. hoc
adimple. fu. Mat. 26. c. vbi
di. At illi ꝯstituerūt ei. s. iu/
dei. 30. argenteos. Propha/
uit ēt Salomō Sapien. 16.
c. de ꝯmuniōe corpis xp̄i ad
discipulos dicēs figuratiue.
Panē de celo p̄stitisti eis oē
delectamentū in se habētē.
Hoc adimpletū fuit Lu. 22.
vbi di. Accipite ⁊ māducate

hoc est corpus meū qđ ꝑ vobis tradet. Prophetauit insup Dauid de tribulatiōe sua in psal. dicens. Anxiat⁹ est in me spirit⁹ me⁹ cōturbatū est cor meū. Hoc adimpletū fuit Mar. 14. ⁊ Matthe. 26. c. vbi xp̄s cū esset in orto dixit apostolis suis. Tristis est anima mea vsq ad mortem ⁊c̄. Prophetauit ēt Jsaias. 53. đ eius spontanea oblatione ad mortē dicēs. Oblat⁹ est qm̄ ipse voluit. Hoc adimpletuz fuit. Mar. 14. c. ⁊ Mat. 26. vbi Christ⁹ dixit apostolis. Surgite eamus: ecce qui me tradet prope ē. Prophetauit etiā Zacharias. 13. c. de fuga ⁊ dispsiōe eius Apostoloꝝ di. Percutiā pastorē ⁊ dispergētur oues gregis. Similiter ꝑpheta Dauid dixit. Longe fecisti notos meos a me: posuerūt me abhominationē sibi. Et alibi dixit. Extrane⁹ fact⁹ suz fratrib⁹ meis: ⁊ peregrin⁹ filijs matris mee. Hoc adimpletū fuit. Matth. 20. vbi dicit. Tūc oēs discipuli relicto eo fugerūt. Prophetauit etiā Jeremias de casu iudeorū retrorsuz. Jere. 26. c. dicēs Dn̄s mecuz est tanq̄ bellator fortis. Jdcirco qui me persequunt cadent. Hoc adimpletū fuit. Joā. 18. vbi dicit. Cōtinuo oēs ceciderūt retrorsū. Similiter ꝑphetauit Jeremias. 17. c. dicēs. Cōfundantur oēs q me ꝑsequunt ⁊ nō cōfūdar ego: paueāt illi ⁊ nō paueā ego. Induc super eos ⁊c̄. Hoc adimpletū fuit. Jo. 18. c. vbi dicit. Cū aūt dixisset. Ego sū: iteꝝ ceciderūt oēs retrorsū. Prophetauit etiā đ maxille xp̄i ꝑcussiōe ante Annā per vnū ministroꝝ. Trenorū. 3. dicēs. Dabit ꝑcutienti se maxillā: saturabit obprobrijs. Hoc adimpletuz fuit. Joā. 18. c. vbi dicit. Hec cuz dixisset: assistēs vn⁹ ministrorū dedit alapā Jesu dicens. Sic respōdes pontifici. Prophetauit insup Jsaias. 43. c. decius mirabili patiētia ⁊ benigna rn̄sione in maxille ꝑcussione dicēs. Patiēs fui ⁊ nō impie locutus sū: ꝯtra percutientē me. Hoc adimpletum fuit. Joā. 18. c. vbi dicit. Tūc respōdit ei Jesus dicens. Si male dixi: testimoniuz perhibꝫ de malo. si aūt bene: quid me cedis? Prophetauit etiaz Dauid de duobus falsis testi

bus in domo Caiphe contra Christū insurgentibus dicēs Insurrexerunt in me testes iniqui et mentita est iniquitas sibi. Hoc adimpletū fuit. Mat.26. vbi dicitur. Stabat autem Jesus ante Cayphan principem vbi scribe et pharisei: et omne concilium querebant falsum testimonium aduersus Jesum: vt ei morti traderēt. Nouissime autē venerunt duo falsi testes: et dixerunt. Hic dixit qr possum destruere templum dei: et in tribus diebus reedificare illud: et non erat conueniens testimonium eorum. Prophetauit ēt Jsaias.53.c. de eius silentio et taciturnitate coram Caipha cum interrogaretur ab eo: vt falsis testibus responderet dicēs. Tanqȝ ouis ad occisionē ductus est: et sicut agnus corā tondente se obmutuit: et nō aperuit os suum. Quod etiam prophetauit Dauid dicens. Ego āt tanqȝ surdus non audiebam: et sicut mutus nō aperiēs os suum. Hoc adipletū fuit. Mat. 26.c. vbi cū caiphas diceret iesu. Nihil rñdes ad ea q̄ isti testificant aduersus te. Sequitur Jesus autē tacebat. et nō rñdit ei ad vllū vbū ita vt ēt miraret p̄ses. Prophetauit etiā Job.16. de pcussiōe faciei christi: et quomō debebāt eam ɔspuere. dicēs. Faciē meam ɔspuere nō verētur: pcusserūt maxillā meā et saturati sūt pēis meis. Hoc idē plēius prophetauit Jsaias.50.c. dicēs. Corpus meū dedi pcutientibus: et genas meas velantibus: faciē meā nō auerti ab increpātibus et ɔspuētibus in me: dñe deus auxiliator meus: et ideo nō sum ɔfusus: et posui ɔ̄ eos faciē meam vt petrā durissimam. Hoc adimpletum fuit Matth.26.c. vbi dr̃. Tūc expuerūt oēs in faciē eius: et colaphis eū cedebāt et palmas in faciē eius dabāt dicētes. Prophiza nobis Christe qs ē q te percussit? Prophetauit etiā Dauid. ps.2. de ɔcordia et pace Pilati et Herodis ex trāsmissiōe Jesu ad Herodē dicens. Astiterunt reges terre et principes ɔuenerunt in vnū aduersus dominū: et aduersus Christū eius. Hoc adimpletū fuit. Luc.23. c. vbi dicitur. Pilatus autē audiēs q Jesus galileus esset: cogno-

uit quod de Herodis pote
state esset τ remisit eum ad
Herodem qui τ ipse hieru-
salem is erat illis diebus τ
infra subditur. Et facti
sunt amici. Herodes τ Pila
tus in illa die. Prophetauit
etiā egregie Isaias.53.ca.de
crudeli τ vniuersali corporis
xp̄i flagellatione p̄ peccatis
nostris suscepta.di. Nō erat
ei species neq͒ decor, τ vidi-
mus eū despectum: τ nouissi
mū viroꝝ.virū: doloꝝ: τ scien
tē infirmitatē.vere lāguores
nostros ipse tulit: τ dolores
nrōs ipse portauit: τ nos re-
putauimꝰ eū tanq͒ leprosum
τ pcussuz a deo humiliatum.
Ipe autē vulneratꝰ ē pp iniq
tates nostras.attritus est pp
scelera nr̄a: disciplina pacis
nostre sup eū cuius liuore sa-
nati sumus oēs nos: q̄si oues
errauimꝰ vnusquisq͒ in viaz
suā declinauit τ posuit dn̄s
in eo iniqtatē omniū nostruz
Hoc idē optie pbauit. Job.
16. ca. di. Collegit inimicus
meus furorē suū in me: τ cō-
minās mihi infremuit ɔtra
me dētibꝰ suis Hostis meus
terribilibus oculis intuitus
ē me aperuerūt super me ora
sua: τ ex pbrātes pcusserunt
corpus meū: τ saturati sunt
penis meis: ɔclusit me deus
apud iniquos τ māibꝰ impio
rū me tradidit. Ego ille quon
dā opulētus repēte cōtritus
sum. tēuit ceruicē meā: ɔfre-
git me q̄si insignū Circunde-
dit me lāceis suis. τ ɔuulne-
rauit lumbos meos: τ effu-
dit in terrā sanguinē meum.
Cōcidit me vulnere sup vul-
nus: τ irruit in me q̄si gigas
Hoc totū adipletū fuit Joā.
14. ubi dicitur. Tūc ergo ap
p̄hendit pilatus Jesuz τ fla-
gellauit eū. Prophetauit in-
super Salomō can.3.c.de co
ronatiōe xp̄i p spineā coronā
in psona Eccle .di. egredimi
ni τ videte filie syon regē Sa
lomonē i diademate suo quo
corōauit eū mater sua: in die
desponsatiōis illius Hoc ad
impletū fuit Joan.16. ubi di
citur. Et milites plectētes co
ronā de spinis imposuerunt
capiti eius. τ veste purpurea
circūdederūt eū τ veniebāt
ad eum τ dicebāt. Aue rex iu
deoꝝ pphetauit Salomō de
morte xp̄i pcrucē turpissimā
que erat mors latronū di.
Sapi.2.ca. Morte turpissi-

ma cōdēnem⁹ eū Quod etiā magis specifice prophetauit Hieremias.xi.c.in persona dñi dicens. Cogitauerūt sup me cōsilia dicētes. Uēite mit tamus lignū.i.crucē in panē eius.i.in crucifixionē corpo ris eius: ꝛ tradam⁹ eū de ter ra viuētiū ꝛ nomē eius nō me moreṫ amplius. hoc ad im// pletū fuit Joan.19.c.ubi di/ citur. Tūc tradidit eis pila/ tus Jesū vt crucifigereṫ sus/ ceperūt autē Jesuȝ: ꝛ ꝯduxe rūt: ꝛ baiulās sibi crucē ēxi uit in eū q dicitur Caluarie locus id ē in golgata. vbi euȝ crucifixerunt. Prophetauit etiā Dauid de mō crucifixio/ nis xpi di. Foderūt māus me as ꝛ pedes meos hoc adim/ pletū fuit. Matth.27.c.vbi diciṫ. Tūc autē crucifixerūt eū: vbi ait glo. Fodiēdo.vȝ di ris clauis man⁹ eius ꝛ pedes Prophetauit etiaȝ ysa.53.de eius iniq̄ sociatiōe in morte dicēs Jpse tradidit in morte aiaȝ suā ꝛ cū sceleratis depu/ tatus ē hoc iplētū fuit Lu.23 c.vbi dr̄. Ducebanṫ cum eo duo alij nequā: vt simul cruci/ figerenṫ. ꝛ Matth.27.c.dr̄. Tūc crucifixi sunt cū eo duo latrōes. vnus a dextris aliuȝ a sinistris. Prophetauit etiā Dauid in ps̄.de sorte ponēda in vestibus xpi. dicēs. Diuise rūt sibi vestimēta mea ꝛ sup vestē meā miserūt sortē: Hoc impletū fuit Joan.19.c. vbi dicitur. Milites autē cū cru cifixissent eū accepērūt vesti mēta eius. fecerūt quattuor partes vnicuiq̄ militi partē ꝛ tunicā. Erat autē tunica in cōsutilis ꝛ desup cōtexta per totū: dixerūt autē ad inuicē nō scindam⁹ eam. sed sortia/ mur de illa cuius sit: Prophe tauit etiam ysai. 53. ca. De iniuria ꝛ remissiōe: ꝛ de chri/ sti pro inimicis ad patrem supplicatione dicens. Jpse multorū peccata tulit ꝛ pro transgressoribus exorauit. Hieremia insuper. decimo// octauo. capitulo. in persona domini hoc idem Prophe// tauit di. Nunquid reddi// tur pro bono malum: quia fo derunt foueam idest prodi// tionem anime mee? Recorda re quod steterim in conspe// ctu tuo vt lo.pro.eis.bonum ꝛ.a.in.t.ab eis hoc impletū fuit. Luce.23.c. vbi dicitur. Jesus autē dicebat. pater di

mitte illis: nō. n. sciunt quid faciunt. prophetauit ēt Salomon de capitis motiōe iudeorum ex derisione ꝯ xp̄m pendentem in cruce. Sapien. 2. ca. dicēs. Circūueniamus ergo iustum. qm̄ inutilis est nobis: ꝛ ꝯrius operibus nr̄is: ꝛ improperat nobis peccata legis: ꝛ diffamat in nos peccata discipline nostre. ꝓmittit se scientiam dei hr̄e. ꝛ filium dei se nominat. factus est nobis in ꝯdictionem cogitationum nr̄arum: grauis est nobis ēt ad videndum qm̄ dissimilis est alijs vita illius. tanq̄ nugaces extimati sumus ab illo: ꝛ abstinet se a vijs nr̄is tanq̄ ab immunditijs: ꝛ profert nouissima iustorum: ꝛ gloriatur se patrē habere deum videamus ergo si sermōes illius veri sunt: ꝛ temptemus que ventura sunt illi: ꝛ sciemus que erunt nouissima illius. Si. n. est verus dei filius suscipiat eum: ꝛ liberabit eum de manibus contrariorū: cōtumelia ꝛ tormento interrogemus illum: vt sciamus reuerentiam illius: ꝛ ꝓbemus patientiam eius: morte turpissima ꝯdemnemus eū: erit enim ei respectu s ex sermonibus illius. hoc. n. cogitauerunt ꝛ errauerunt: excecauit enim illos malitia illorum. ꝛ nescierunt sacr̄a dei: nec mercedem sperauerunt iusticie: nec iudicauerunt honorē aiarum sanctarum. hec ibi. Cui concordans Dauid in ps̄. 21. dixit. Omnes vidētes me deriserūt me: locuti sunt labijs ꝛ mouerūt caput. Hoc totū adimpletum fuit. Matthei. 27. ca. vbi dr̄. Pretereuntes aūt oēs blasphemabant eū: mouentes capita sua. ꝛ dicētes. Uah qui destruis tēplū dei: ꝛ in triduo illud reedificas. salua temetipsum si filius dei es. descende de cruce. Similiter ꝛ principes sacerdotum illudentes ei cum scribis ꝛ senioribus dicebant. Alios saluos fecit: semetipsum non pōt saluum facere: si rex israel est descendat nunc de cruce ꝛ credimus ei: cōfidit in deo: liberet eum si vult. Dixit. n. q: filius dei sum. Prophetauit ēt Dauid in psal. depotationem xp̄i p fel ꝛ acetum. dī. Dederunt in escam meam fel: ꝛ in siti mea potauerunt me aceto. Hoc impletū fuit Jo.

19.cap.vbi dr.Sciēs Jesus q2 oia iam cōsumata sunt: vt scriptura impleretur dixit. Sitio. Uas ergo tunc posi tuz fuit aceto plenū. Jlli aūt spongiam aceto plenam iso po circumponentes. obtule runt ori eius. Lum aūt acce pisset Jesus acetuz dixit. Lō sumatuz est. hec ibi. Prophe tauit insuper ysa. tredecimo capi. de solis obscuratione z tenebris futuris. i christi cru cifixione. dicens. Tunc enim stelle celi z splendor earuz nō extendent lumē suū. tūc obte nebrabit sol in ortu suo: z lu na nō splēdebit i lumine suo: z ostendam superbiam infide lium z arrogātiā eoꝝ humi liabo. Hoc impletū fuit Lu ce vicesimotertio cap. vbi dr Hora āt sexta tenebre facte sunt in vniuersa terra vsqꝫ in horam nonam: z obscuratus est sol: z velū tēpli ꝑ medium scissum est. Prophetauit ēt ysai. de spiritus xp̄i emissiōe cū valido clamore z dolore. Egredietᷓ spūs eius ab eo. cū valido clamore. tanqꝫ spūs ꝑturiētis. Hoc impletū fuit Luce. 23. capit. vbi dicitur. Jesus aūt clamās voce ma gna dixit. Pater in manus tuas cōmēdo spūm meum. z hec dicēs exspirauit. Mar. quoqꝫ decimoquarto ca. dr. Hora aūt nona exclamauit Jesus voce magna dicens. Heloy heloy. lamazabatani qđ est interpretatū. deus me us. deus meus. vt qd dereli quisti me? z iterum emissa vo ce magna exspirauit. Pro phetauit ēt Job decimosexto capit. de latere xp̄i post eius mortē trāslanceatōe dicens. Lircūdedit me hostis lancea sua: z vulnerauit lumbos me os: z effudit in terra sanginē meū z viscera mea. hec ibi. Hoc impletū fuit Jo. decio nono cap. vbi dr. Milites āt cum venissent ad Jesum z vi derent eū iā mortuū: nō fre gerunt eius crura. Sed vnꝰ militū lancea latus eius ape ruit: z ꝯtinuo exiuit sanguis z aqua. Prophetauit insup Dauid in ps̄. ď descēsiōe xp̄i ad inferos: z de cōtrafactōe portarum inferni di. Attolli te portas principes ve. zc. z i alio ps̄. dixit. Portas creas z vectes ferreos ꝯfringam. Hoc impletū fuit. vt hētur in symbolo Apostoloꝝ: q2 Je

sus imediate ad iferos descē/
dit. Un̄ ibidē dicit. Crucifix⁹:
mortu⁹: ꝛ sepult⁹: descēdit ad
inferos. Prophetauit etiam
Zacharias nono ca. de extra
ctione sanctoꝝ patrū de lim/
bo: ꝑ xp̄m in v̄tute sanguinis
sui dicēs. Tu quoqꝫ in testa/
mēti tui sanguine eduxisti vi/
ctos tuos de lacu in quo nō
erat aqua. Hoc impletū fuit
ſm oēs theologos in. 3. vbi di
cūt. ꝙ Jesus imediate p⁹ de/
scēsionē ad inferos simul ex/
traxit oēs sanctos patres ve
teris testam̄ti. qd̄ ēt legit ad
impletū Matth. vicesimose/
ptimo cap. vbi di. Multa cor
pora sanctoꝝ. q dormierūt. s.
i limbo. surrexerūt cū illo exe
untes de monum̄tis p⁹ resur
rectionē ei⁹: ꝛ venerūt in ciui
tatē sanctā ꝛ apparuerūt mł
tis. Prophetauit ēt Dauid in
ps. de ei⁹ vera resurrectione.
stati p⁹ mortē di. Dn̄e ꝓbasti
me ꝛ cogno. me: tu cogno. ses.
meā ꝛc̄. Et alibi dixit. Nō da
bis sanctū tuū: idest xp̄m vi/
dere corruptionē. Hoc imple
tuꝫ fuit. Luc. 24. cap. vbi an
geli mulierib⁹ xp̄ꝫ in sepulcro
querēt ib⁹ dixerūt. Quid q̄/
ris viuētē cū mortuis: sur/
rexit nō est hic. prophetauit
insup ipse xp̄s ante mortē su
aꝫ de die resurrectionis sue.
scilicet tertia die. Ecce ascen
dimus inquit Hierosolima:
ꝛ filius hois tradet principi
bus sacerdotū ꝛ scribis ꝛ cō
demnabunt eū morte: ꝛ tra/
dent eū gentibus: ad il. ꝛ fla.
ꝛ cru. ꝛ ter. die resurgꝫ. Q̄d
ēt in figura ipsemet ꝓpheta
uit iudeis. signū ab eo querē
tibus. Matt. 12. di. Genera/
tio praua ꝛ adultera signum
q̄rit: ꝛ signū non dabitur ei.
nisi signū Jone ꝓphete. Si/
cut enim Jonas fuit tribus
diebus ꝛ tribus noctibus in
vētre ceti. sic filius hois erit
tribus diebus ꝛ trib⁹ nocti/
bus in corde terre. Hoc adi/
pletū ē. Luce. 24. vbi Ange/
li mulieribus dixerūt. Sur/
rexit nō ē hic: recordamini q̄
liter locutus est vobiscū cūꝫ
esset in galilea di. Q: oꝫ fili/
um hominis tradi in manus
hominū peccatoꝝ: ꝛ crucifi/
gi. ꝛ tertia die resurgeṙ. ꝛ ip
se recordate sunt verboꝝ ei⁹
hec ibi. Prophetauit ēt Da/
uid in p̄s. de xp̄i ascēsione cū
captiuis patribus di. Ascen
dēs xp̄s in altū ca. du. cap.

Et alius pphetia pphetauit in celū ascēdere iter pandēs ante eos. Hoc adimpletū fu it. Luc. 24. et Matt. 16. cap. vbi dr̄. Et dominus qdē Je sus postq̄ locutus ē eis: vz. Apostolis: assumptus ē in ce lū: ꝛ sedet ad dextraꝫ dei. Et actꝫ. p̄io caplo dr̄. Uidētib᷒ illis ele. est. ꝛ nu. s. e. in. c. ab o. e. Prophetauit insuper da uid in ps. de missiōe spūs san cti in forma ignis sup aplos ꝛ discipulis dicēs. Ignis ex arsit a facie eius et carbōes idest apostoli succēsi sunt ab eo. Hoc idē pphetauit Jo hel tertio cap. di. Et erit post hec effundam de spū meo su per oēm carnē: ꝛ pphetabūt filij nr̄i: ꝛ filie nr̄e somnia sō niabūt. ꝛ iuuenies nr̄i visiōes videbūt: sed ꝛ sup seruos me os: ꝛ ancillas meas in dieb᷒ illis effundā spūꝫ meū: ꝛ da bo prodigia mea sursum: ꝛ in terra deorsum. Hec ibi. Ipe quoqꝫ xp̄s hoc idem predixit Apostolis Actu. primo. vbi dicitur. Et conuescēs prece pit eis ab Hiero. ne dis. ꝛc. Hoc adimpletū fuit actu. se cūdo caplo. vbi dr̄. Fact᷒ ē repēte de celo sonus. ꝛc. Dic

totū. Prophetauit isup Sa lomon Sapiētie primo cap. de effusione spūs sancti per p̄ dicationē Apostolorū per to tū orbē terraꝝ dicēs. Spiri tus domini reple orbem ter re ꝛc. Et Dd i ps. h idē pba uit di. In oēꝫ ter. exiuit son᷒ eoꝝ ꝛ in fines orbis terr̄. vba eoꝝ. h adipl. fuit Ma. vl. c. Ubi dicit. Dixit autem eis Jesus: Euntes in Mun dum vniuersum Predicare Euangelium omni creatu re. Et infra subdit. Illi at̄ pfecti p̄dicauerūt vbiqꝫ dn̄o coopāte: ꝛ sermonē ꝯfirmāte seq̄ntib᷒ signis. Propheta uit ēt patriarcha Jacob Ge ne. 49. capi. de dispsiōe sacer dotij Judeoꝝ ꝛ regni trāsla tiōe in gētes: p᷒ m xp̄i di cens. Nō auferat sceptrū d Juda: ꝛ dux de femore ei᷒ do nec veniet q mittēdus ē: ꝛ ip se erit expectatio gētium. Et xp̄s hoc idē p̄dixit Judeis. Matth. vicesimo primo di. Auferet a vobis regnū dei: ꝛ dabit genti. i. populo gēti li facienti fructū ei᷒. Hoc pꝫ ad impletum esse ꝛ fuisse per experientiam. eo quod a chri sti morte: vsque ad presens

tēpus;regnū ⁊ sacerdotiū populi iudaici trāslatum est ad xp̄ianos q tūc gētiles erant. Prophetauit deiq3 Salomō ꝓuerbi. vltimo capi. de aduētu xp̄i. ad iudiciū cū senioribus ecclesie sue di. Nobilis in portis vir eius. i. xp̄us quādo sederit in iudicio cū senioribꝰ terre. Dauid etiā i psal. ꝓphetauit patrē datuꝝ iudiciū filio suo. di. Deus iudiciū tuū regi da: ⁊ iustitiā tuā filio regis. Ipse vero xp̄us de aduētu suo ad iudiciū etiā prophetauit Matth. vicesimo qnto capi. di Cū venerit filiꝰ hoīs in maiest. ⁊c̄. Hoc totū adimplebit. Sicut dī Ioan. 5. capitulo. Ibi .n. sic dicit. Pater omne iudiciū dedit filio. Et infra subdit: ⁊ potestatē dedit ei iudiciū facere :q2 filius hoīs ē. Hec ibi. ꝙ autē xp̄s ia3 venerit: ⁊ in ipso qui utiq3 deus ē et hō oēs simul p̄dicte ꝓphetie cōplete fuerint testat Inno. tertiꝰ q dicit. ꝙ in die natiuitatis xp̄i tres soles in oriēte apparuerūt q paulati3 in vnū corpus; solare redacti sunt. In historia tn̄ scolastica dicit. ꝙ non ipsa die natiuitatis p̄dicti soles apparuerūt: sed ante per aliquod tēpus. s. post morte3 Iulij cesaris. Quod sic fuisse ⁊ Eusebius in Crōica sua asserit. Ex hoc. n. ꝙ p̄dicti tres soles in vnū corpꝰ solar̄ redacti sunt: significat ꝙ trini: ⁊ vniꝰ dei noticia toti orbi imminebat vł natꝰ erat ille i q̄ tria s. caro. aia: ⁊ diuinitas i vnā psonā simul ꝯuenerāt: seu moralit̄ dabat itelligi. ꝙ fides Saracenoꝝ ⁊ Iudeoꝝ ante finē seculi p̄citus debebat deficere. ⁊ tandē debebat incorporari sub vna vera fide christiāoꝝ. sicut ꝑ Esaiā ꝓphetā extitit ꝓphatū: quoniā in diebus illis saluabitur iuda. ⁊c̄. Que simul omnia. vt habet Genes. 18. capitulo. figuratiue. Abraam patriarcha vidit adimplenda: cui vt ibidem dicitur: Tres simul viri apparuerunt in hostio tabernaculi. ⁊ cum tres viderit. tamen vnum solum simpliciter adorauit. Ex predicto igitur sexto argumento. videl3 completionis omnium prophetarum clarissime patet ꝙ christianorum fides verissima est: nec ab aliq̄ sano intellectu potest censeri esse fal-

sa ꝛ erronea. Quapꝛopt̃ oēs exoꝛo. vt oēs simul humiliter hāc fidē v̄issimā: atq; sanctissimā coꝛde teneam⁹: oꝛe confiteamur ꝓbemusq; factis opibus vt ipsa mediāte possim⁹ fieri participes grē dei in p̄sēti. ꝛ glīe i futuro q ē bn̄dictus in secula seculoꝝ Amē.

❡ Feria sexta post dominicā quinquagesime iterum de quarta excellētia. vʒ de veritate ipsi⁹ sacratissime fidei.

Attendite ne iustitiā vestrā faciatis coꝛam hominib⁹. vt videāini abꝫeis. Aliogn mercedē nō habebitis apud patrē vestrū q in celis ē. Scribunt̃ hec v̄ba Matthei. ſ. capitulo. ꝛ in euāgelio occurrētis ferie. Postq; clare generosi ciues ꝑ sexta argumēta supꝛadicta demōstraui solaʒ xp̄ianoꝝ fidē: ꝛ nō alterā v̄issimā foꝛe. habeo iteꝝ ꝓ maioꝛi certitudine pꝛecipue tria alia singularissima argumenta ꝛ ꝑfecto valde moꝛalia ꝛ vtilia: immo plurimū necessaria in s̄mone p̄sentis ferie declarare: firmit̃ demōstātia qualit̃ nihil sub celo in credēdis v̄ius ē. ipsa sanctissima fide. Et quod maximū ē. nihil in p̄senti vita deo grati⁹ atq; acceptabilib⁹ esse pote st. Et ideo bn̄ saluatoꝛ volēs pꝛecipue in p̄senti euāgelio vnumquēq; inducere ad hāc fideʒ: clamabat v̄ba p̄allegata dicens. Attēdite. ꝛc̃. q̄si dicere vellet. O vos quicūq; eternā salutē cupitis acq̄rere videte oino ne felicitatē vestrā in p̄sentib⁹ bōis pōatis. Sʒ magis fundati in v̄tute vere fidei q̄ simpl'r ē de inuisibilibus ab eternis collocate que vtiq; celestis pater tribuit vnicuiq; verā fidē in se hn̄ti. Quā fidē verā vt q̄sq; possit hr̄e ꝛ eidē indubitāt̃ se submitere ꝛ sc̄tir̃ alia vt p̄dixi tria foꝛtia argumēta declarabo.

❡ De septimo argumēto q꞉ solū xp̄ianoꝝ fides vera est ꝛ salutifera.

❡ Pꝛimū dicitur argumentū tolleratiōis. ❡ Scd̄ʒ dicit̃ argumētū intrāsmutationis. ❡ Tertium dicitur argumentum confirmationis.

Septimū igit̃ argumētuʒ in pn̄ti feria in oꝛdine declarādū quo singl'ariter ostēdit̃ solā xp̄ia

norū fidez τ nō alterā verissi
mā esse. dicit argumentū tol
leratōis. vz crudelissime mor
tis. Certū ē eniz experientia
teste. ꝙ licet cuilibet ꝑsone
etiaz minia pctā videat ama
ra mors siue sit naturalis: si
ue sit accidētalis: siue sit spō
tanea siue sit coacta: cuilibet
amarissima videt. pp qđ nō
immerito phūs. 3. Ethicoruz
dicit. ꝙ mors ē vltimū pena
ruz pp quā etiā fugiēdā non
tm̄ rōnales ꝑsone. τ multa pa
tiūtur τ insup a maximis de
lectabilib⁹ se abstinēt. Sz et
irratiōabilia bruta ꝓ eadem
euadēda se cōtinēt ab eisdez
dicēte pho. 8. Ethicoꝝ. Uide
mus igt ferocissimas bestias
τ a miximis delectatiōibus
metu mortis atqꝫ penaꝝ se
abstinere. Hec ibi. Qđ ꝯfir
mās Boetius ꝓsa. xi. tertij
libri. ait. Omne namqꝫ aial
tueri salutē laborat. mortem
vero ꝑnitiemqꝫ deuitat. Hec
ibi. Et Job. 2. dicit. Pellē ꝓ
pelle τ cūcta q̄ hz hō dabit
ꝓ aia sua. i. pro vita tuenda
Quo ꝯcesso ꝙ vz vnicuiqꝫ vi
ta ē tā delectabilis τ amabi
lis: eꝫ vero mors ē tā amara
τ odiosa: peto an aliqs qui ef
set sane mētis: τ sane intelle
ctus: ꝓ mēdacio faciēdo: seu
ꝓ re dubia τ incerta se mor
ti exponeret: tā crudelissime
tāqꝫ amarissime claꝝ ē ꝙ nō
igit dico ꝑ regulā phi a con
trario que ponit. j. Posteri
orū τ. 4. Meth. ꝙ si negatio
ē cā negatiōis. ꝙ affirmatio
ē cā affirmatiōis. Si igitur
ē repire aliquos q sint pati
mori. τ mortē suscipe ꝓ re ali
q̄ quā credūt. p̄dicāt. τ cōfi
tētur. māifestū ē ꝙ talis res
ꝓ qua tā ꝯstāter se morti ex
ponūt. vtiqꝫ verissima ē atqꝫ
certissima. p̄cipue qn̄ ꝑsona
qlibet. sic se morti expones ē
prudens: grauis: sensat: sa
niqꝫ intellectus: plurimūqꝫ
docta: Quis enim vnq̄ nisi
amēs τ stultus. susciperet mor
tē ꝓ re dubia aut icerta. im
mo ꝓ re falsa? His igit pre
missis peto. O fides sanctis
sima xp̄i benedicti quot ho
mines graues: doctos: sensa
tos: lr̄atos: prudētes atqꝫ sa
piētes būisti: q pro te ꝯfiten
da: p̄dicāda: defendenda: at
qꝫ ꝓmulgāda letāter mortui
sunt: τ mori parati ꝓmptissi
mi erāt? Certe q̄si infiniti τ i
numerabiles extiterūt. de q

bus quosdam de mltis chu
meremus. O Isaia qs fuisti
tu? an amicus an sapiens? Cer
te vt Hierony. di. i plo. sup
Isaia. nobilis qdē genere fu
isti: in ierlm vrbane elegātie
⁊ in tuo sermōe disertissim⁹
nec bris in elogo tuo qcq; ru
sticitatis admixtū. Quid q̄
so p̄dicasti? O Isaia dum vi
ueres? Certe nō aliud nisi fi
dē xp̄ianā. Unde Hieron. de
ipso dicit ibidē. Nō tā pphe
ta xp̄iane fidei dicēdus ē: q̄
euāgelista. ita enī vniuersa
ecclesie mysteria ad liquidū
ē psecutus: vt eum nō de fu
turo vaticinari putes: s; de
p̄teritis historiā texer̄. b ille
Pro hac āt fide p̄dicata: qd
būisti in hoc seculo O Isaia
Certe crudelissimā mortem.
Uñ Hiero. ibidē di. Sectu;
Isaias in duas ptes occubu
it. Et O Jeremia q xp̄ianā;
fidē i egypto p̄dicabas: quid
mercedes ⁊ p̄mij p p̄dicatio
ne tua ab ipsis egyptijs su
scepisti? Certe ñ aliō nisi cru
delē mortē. Uñ Hiero. in. 3.
plogo sup Jere. dicit Jere.
a pplo in egipto lapidib⁹ ob
rutus occubuit. Quid dice
mus q̄so de morte stupenda;
quā p xp̄iana fide quā expli
cite credebāt septē fr̄es Ma
chabei vna cū mr̄e passi sunt
Audi obsecro qd dicat de ip
sis. 2. mach. 7. c. ibi enim sic
di. Cōtigit āt septē fr̄es vna
cū mr̄e app̄hēsos ↄpelli a re
ge antiocho eder̄ ↄtra phas
porcias carnes flagris ⁊ tau
reis cruciatos. vnus autem
ex illis qui erat prim⁹ sic ait
Quid queris ⁊ qd vis disce
re a nobis? parati sumus mo
ri magisq; patrias dei leges
p̄uaricari. irat⁹ itaq; rex ius
sit sartagines ⁊ ollas eneas
succēdi. Quibus statim suc
cēsus iussit ei qui prior fue
rat locutus amputari linguā
⁊ cute capitis abstracta: sū
mas quoq; manus ⁊ pedes
ei p̄cidi: ceteris eius fr̄ibus
⁊ mr̄e inspiciētibus. ⁊ cū iā
per omnia inutilis factus es
set: iussit ignē āmoueri: ⁊ ad
huc spirātē torreri i sartagi
ne: in qua cū diu cruciaret.
ceteri vna cū matre inuicem
se hortabāt mori fortit̄ dicē
tes. Dñs de⁹ veritatē aspici
et ⁊ ↄsolabit̄ i nob: quēadmo
dū i ptestatiōe cātici decla
rauit Moy. ⁊ i s̄uis su. ↄso
labit̄. Mortuo itaq; illo. j. b

modo sequẽtẽ deducebãt ad illudẽdũ ⁊ cute capitis eius cũ capillis abstracta interrogabãt si manducaret priusq̃ȝ toto corpore p̱ mẽbra singula puniret: at ille respõdẽs patria voce dixit: nõ faciã. nec iõ q2 frater meus crudelẽ cõsequutus ẽ penã negabo dñȝ meũ. ꝓpter q̃ð ⁊ iste sequẽti loco p̃mi tormẽta suscepit: ⁊ in vltimo spiritu ꝯstitutꝰ sic ait. Tu quidẽ scelestissime in p̃nti vita nos ꝑdis. Sed rex mũdi defunctos nos ꝓ suis legibus in eterne vite resurrectiõe suscitabit. Post hũc tertius illudit: ⁊ linguã postulatus cito ꝓtulit ⁊ mãus cõstanter extendit: ⁊ cũ fiducia ait. E celo ista possideo: sȝ ꝓpter dei leges nunc hꝰ ipsa despitio: q̃m ab ipso me ea recepturũ spero: ita vt rex ⁊ qui cũ ipo erãt mirarẽt adolescẽtis animũ ꝙ tanq̃ȝ nihil duceret cruciatꝰ. Et hoc ita defuncto quartũ simil'r vexabãt torquẽtes. Et cũ iaȝ esset ad mortẽ sic ait. potius ẽ ab hominibꝰ morti datos spem expectare a deo iterꝝ ab ipo recuscitãdos. Tibi.n.ad vitã resurrectõ nõ erit. Et cũ ãmonissent qntũ vexabãt eũ at ille respiciẽs in eũ dixit. ꝑtãteȝ inter hoies habes: cuȝ sis corruptibilis facis quid vis noli aũt putare gẽus nostrũ a deo esse derelictũ. Tu aũt patiẽter sustine ⁊ videbis magnã potestateȝ ipsius q̃liter te ⁊ semẽ tuum torq̃bit. Post hunc ducebãt ⁊ sextũ. Et his mori icipiẽs sic ait: Noli frustra errare: Nos.n. ꝓp̃ nosmet ipsos: hoc patimur peccantes in deũ nostꝝ: ⁊ digna admiratione facta sunt i nobis. Tu ãt ne existimes tibi i pune futurũ: ꝙ contra deum pugnare tẽtaueris. Supra modũ autẽ mr̃ mirabil'r ⁊ bonorum memoria digna: que pereuntes septẽ filioꝝ subvnius diei tẽpore conspiciens: bono animo ferebat: ⁊ ꝓpter speȝ quã in deũ habebat: singulos illoꝝ hortabatur p̃ria voce fortiter repleta sapia. Et infra subiungitur: tũc rex accensus ira in septimũ adolescẽtiorẽ super omnes crudelius desceuit indigne per omnia ferens se derisum. Et hic itaq̃ȝ mũdus obijt p̱ omnia in domino confidens. nouissime auteȝ post filios ⁊ ma

ter cōsumpta est. hec omnia sibi verbaliter vltra predicta crudelissima martyria. si discurrere velis per totū vet' testamētū: inuenies q̄si innumerabiles qui pro ꝯfessione fidei xp̄iane. quasi infinitas penas tollerauerūt. Sȝ dic mihi queso in nouo testamento. quot fuerūt qui mortē ꝑ fide xp̄iana susceperūt? quis enumerare sufficiat: ⁊ preter missis: quasi innumerabilibus exēplis: que ad Hebre. xj. c. Apostolus enumerat ⁊ ꝑ pratica discurramus. Libet aliquos dulciter clamando expostulare. O igit̄ Petre apostoloꝝ princeps: qd ꝑ xp̄iana fide ⁊ veritate predicādo habuisti. Certe penosissimā crucifixionē. Et O paule q̄ plus ꝑ fide xp̄iana ceteris apostolis laborasti. qd ꝑ eadē xp̄i fide p̄dicāda a Nerone crudelissimo accepisti. Profecto decollationem. Et tu O Bartholamee. q̄ decoriationē. O Joannes euāgelista. Et tu qui exilium ⁊ feruens oleum. Et tu O Laurēti. O katherina. O Agnes. O Lucia. O Agatha: ⁊ sic ō singulis. quid pro cōfessione fidei christi tolerastis? Certe amarissimā mortē. ⁊ vt pretercam personas quasi infinitas. que pro christi fide mortē passe sunt. Ad vltimū peto te. O sancte Jacobe non apostole. sed martyr ⁊ nominare intercise. qd ꝑ fide xp̄i suscepisti? Audi ⁊ scies: H. n. cū esset nobilis genere fuit in ciuitate Ellape oriundus in ptibus psarum: qui habebat matrem xp̄ianissimā: simul ⁊ vxorē: ⁊ erat inter oēs optimates regni psarū primus. Hic tandē a rege psaꝝ seductus ad colenda idola se direxit. Quod audiētes mater ⁊ vxor: protinus sibi scripserunt dicentes. O infelicissime obediēdo mortali deseruisti eū qui est vita. Placendo future cito putredini deseruisti sempiternū odorē veritatem in mendatio commutasti: ⁊ mortali obtemperans regi: viuorum ac mortuoꝝ regē ac iudicē reliquisti. Noueris igit̄ nos ammodo a te futuras extraneas: nec tecum decetero aliquatenus moraturas. vale inquiunt infelicissime fili: has litteras cum legisset Jacobus

amare fleuit dicens. Si mater q̄ me genuit ⁊ vxor mea tm̄ mihi extranee facte sunt q̄to magis extraneus fact⁹ ē a me deus me⁹ ⁊ redēptor me⁹? Tūc sine mora abijt ad regē ⁊ xp̄ianuz se eē ꝓfessus est cui cū Rex mortē minaretur crudelē respōdit Jacob. Nos mortē ꝓ xp̄i fide nō timemus: q: de morte ad vitā trāsire speramus. Tunc rex tulit sentētiā: vt ad alioꝝ terrorē mēbratiz Jacob⁹ puniret. Cū aūt qdā ex ꝯpassiōe sup eū flerent subridens ait. Nolite flere sup me sed sup vos plāgite: q: ego ad eternā vitā transfero. Tūc carnifices policē manuꝫ dextre absciderūt. ⁊ clamāꝫ Jacobus ait. O Jesu naçarene suscipe ramū arboris tui. Naz a cultore vinee sarmētū absciditᷣ: vitis vt poti⁹ germinet ⁊ vberius coroneᷣ. Tūc carnifex scd̄z abscidit digitū: ⁊ Jacob⁹ dixit. Suscipe dn̄e Jesu duos ramos q̄s in stipite corporis mei plātauit dextra tua. Absciditᷣ ⁊ tertius: ⁊ Jacob⁹ ait. Omnis pfectio ꝯsistit in numero trinario: ⁊ pp̄ h̄ semꝑ benedicā pa͞tez ⁊ filiū ⁊. s. s. q̄ tres pueros d̄ camino igniꝫ ardētis liberauit Absciditᷣ ⁊ q̄rtus. Et Jacobus ait. O ꝓtector filioꝝ israhel q vsq; in q̄rtā gn̄ationē benedictionē infundis. suscipe a fuo tuo ꝯfessionē q̄rti digiti. Absciditᷣ qnt⁹ ⁊ Jacobus ait. O dn̄e ꝯpletū est gaudiū meū: q: qnq; plagaꝫ ꝑ me ⁊ tu certe ꝑpessus es. Tūc carnifices ei ꝯpatiētes dixerūt. Parce Jacobe aie tue ne peas: q̄uis. n. vnā manū amiseris: tn̄ multi sunt q vnā manū tm̄ hn̄tes tibi diuitijs ⁊ honorib⁹ habundāt. Quib⁹ Jacob⁹ dixit. Quando pastores incipiūt pecora tōdere: nunq̄ dextꝝ tm̄ vellus auferūt ⁊ sinistꝝ dimittūt. Si ḡ pecus qd̄ aial brutū ē totū vult vell⁹ amittere q̄to magis ḡ ego hō rōnalis dedignabor ꝓ deo me ei totū offerre. Tunc carnifices minimū digitū manus sinistre inciderūt. ⁊ Jacob⁹ ait. Tu dn̄e cū esses magn⁹ puuꝫ ꝑ me fieri voluisti. Jdcirco ꝓ gratitudine hūc puuz digitū tibi reddo. Abscinditᷣ ⁊ septimus: ⁊ ait: Septez sunt dona. s. s. Jdcirco septies in

die laudē dicā ei septē digi-
tos ei offerendo. Absciditur
octauus ꝛ ait. Octauo die ꝓ
me dñs ē circūcisus. Incidi
tur nonꝰ ꝛ ait. O dñe liben-
ter tibi offero nonū digitū:
qꝛ ꝓ me hora nona spiritū
tradidisti. Incidit decimꝰ ꝛ
ait. Decē ꝑcepta sūt tibi gra
ta. Tūc qdā de astātibꝰ dixe
rūt. O Jacobe lȝ ambe ma-
nus tibi sint abscise: adhuc
tñ si vis potes viuere cū tri-
umpho. Tūc Jaco. ait. Absit
a me ipa nephāda ꝓmissio.
Nemo.n.mittēs manum ad
aratrū.ꝛc̄. Tūc idignati car
nifices policeȝ pedis dextri
absciderūt ꝛ Jaco. dixit. O
dñe maior fuit ꝑforatio pe-
dis tui. q̄ȝ abscisio digiti mei
Abscidit pedis scd̄s digitꝰ:
ꝛ ait. Sic.n. vnꝰ digitꝰ i cor
pore nō stat bene sine altero
sic ēt ꝓ xp̄i amore nō stat be-
ne primꝰ digitꝰ sine scd̄o. Ab
sciderūt ꝛ scd̄ȝ: ꝛ añ ipȝ ꝓijci-
unt q subridēs ait. Uade ter
tie digite ꝛ requiesce cū socijs
tuis: ꝛ q̄ȝadmodū granū tri-
tici additum grano granum
multiplicat: ita ꝛ tu. Absci-
dit ꝛ q̄rtꝰ ꝛ magnū dolorē
sentiens di. Quare tristis es
aia mea: ꝛ q̄re cōturbas me.
spera in deo.q.a.ꝯ.i.s.v.m.
ꝛ.d.m. Abscidit q̄ntus: ꝛ ait
O dñe ecce iā video: qm̄ di-
gnū me fecisti gr̄a tua: sic fe-
cisti ezechiā in cuiꝰ signū.15.
lineis solē retrocedere feci-
sti. Tūc accedētes ad pedeȝ
sinistrū: digitū puulū absci-
derūt Jaco. dixit. O digite
pue ꝯfortare: qꝛ magnꝰ ꝛ p-
uus vnā hȝ resurrectionem:
apud deū capillus capitꝭ nō
ꝑibit: q̄ȝtominꝰ tu sepaberis
a gl'ia alioꝝ digitoꝝ. Absci-
dit scd̄s ꝛ ait. Uetus hō de-
struit vt sic splēdidior efficia
tur. Abscidit tertius: ꝛ ait.
Tōsionibꝰ firmat incus. Ab
scidit q̄rtꝰ: ꝛ ait. Cōforta me
deus v̄itatꝭ: qm̄ i te ꝯfidit aia
mea: ꝛ in vmbra alaꝝ tuaruȝ
spabo donec trāseat iniq̄tas
Abscidit q̄ntuȝ: ꝛ ait. O dñe
ꝯsumata sunt oia: vtinā ha-
berē alios digitos tibi offe-
rēdos. Tūc accedētes pedeȝ
dextrū absciderūt: ꝛ ait. hoc
munus offerā celesti regi ꝓ
cuiꝰ amore hꝰ patior. Abscide
rūt pedē sinistrū ꝛ ait ēt hūc
holū suscipias dñe charitatꝭ
sale ꝯditū. Absci. d̄xtrū bra.
simul ꝛ sinistrū: ꝛ dixit. Lau

da aia mea dñm lau. d. m. vj. m. p. d. m. q̃diu fuero. Tunc accedẽtes absciderũt corã dextri cruris: scindẽtes vsq͟ʒ ad femur. Tũc btũs Ja. ineffabili doloꝛ grauat⁹ ait. Dñe Jesu xp̃e adiuua me. q: circũdedert me gemit⁹ moꝛt: ⁊ ait carnificib⁹. Carnẽ nouã indu et me dñs q̃ʒ vr̃a vulnera maculare neq̃unt. Jã carnifices defecerãt: eo ꝙ a pꝛima hoꝛa diei vsq͟ʒ ad nonã in ei⁹ icisione sudassẽt. Tũc iteꝝ accedẽtes sinistri cruris corã absciδẽdo vsq͟ʒ ad femur extraxerũt. Tũc exclamãs btũs Jaco. di. O dñe de⁹ viuoꝝ ⁊ moꝛtuoꝝ iudex exaudi me scimuũ digitos dñe nõ habeo vt ipsos ad te poꝛrigaʒ. nec man⁹ vt eas ad te extẽdam: pedes mei trũcati sũt. Ad te accedere neq̃o: genua demolita sꝛ̃ vt ea ad te flectere nequeaʒ. Ecce ꝙ suʒ velut casura domus ablatis quib⁹ sustentaꝛ̃ colũnis. Ecce iã oia viscera mea sicut vides de coꝛpe meo egrediũtur: sola supe̾st lingua qua te rogo ex coꝛde vt oẽʒ iniuriaʒ remittas his carnificib⁹: ⁊ inimicis meis: hec cũ dixisset vn⁹ de carnificib⁹ accessit: ⁊ caput eius amputauit. Ecce igiꝛ̃ O Jacobe: martyr sc̃tissime qd ꝓ xp̃iana fide ꝯfitẽda recepisti. Pꝛeterea p̃termissis tot scis martyrib⁹ ꝓ xp̃i fide martyriçatis peto a te O Frãcisce. O Aug. O Benedicte. O Basili. O Dñice: ⁊ ceteris religionũ patriarche. cur tot sp̃ũalia martyria: vʒ obediẽtie: paup̃tatis: castitatis ieiunioꝝ: vigiliaꝝ: disciplinarũ: ⁊ hmõi. tollerastis? Certe nõ ob aliud: nisi ꝓ obseruãdiς his que in sacra fide ꝓponũtur. Hoc idẽ dico. de sacris virginib⁹: atq͟ʒ ꝯfessoꝛib⁹. his oĩb⁹ p̃missis ꝯcludo ꝙ fides ꝑ qua oẽs p̃dicti martyres moꝛtẽ susceperũt aut vera ẽ aut falsa. Si v̾a est. si ꝑ quia sic ẽ: habeo ꝓpositũ. vʒ. ꝙ sola xp̃iana fideς est vera. Si ãt falsa existit: ꝗ oẽs p̃dicti martyres fallaces ⁊ mẽdaces ⁊ stulti fuerũt. ⁊ ꝑ ꝯñs oẽs dãnati sꝛ̃. Sʒ qa impossibile est tot scientificos ⁊ sanctos viroς fuisse mẽdaceς ⁊ erroneoς Jõ ꝯcludo xp̃ianoꝝ fidẽ: omnino esse verissimã. Pꝛoinde arrogãs ⁊ p̃sumptuosus: ⁊ nõ sani intellect⁹ quilibet censetur. ꝗ huic fidei cõtrarius exi

stit. imo q eã sũma cũ reuerẽtia: nõ ꝯplectit̃ dicẽte sancto Maximo in s̃mone plurimorũ martyrũ. Nouerimus ita ꝙ inquit: q² nõ sine magno discrimine. de religiõis vitate disputam⁹ quã tantoꝝ martyrũ sanguine ꝯfirmatã videm⁹. Magni piculi res ẽ. si p⁹ prophetaꝝ oracula. p⁹ Apl'orũ p⁹ martyrũ vulnera: veterẽ fidẽ q̃si nouellã discutere p̄sumas: ⁊ p⁹ tã maifestos duces in errore pmaneas. Et p⁹ morientiũ sudoreꝫ ociosa disputatione cõtendas. Et ĩfra subdit di. Martyr inq̃ꝫ martyrij fides ẽ: veneremur ꝙ in scõꝝ martyꝝ gl'ia fidẽ nr̃aꝫ: quõ fidẽ nostrã: ab illiꝫ eniꝫ dũ mortis tollerãtia indubitãter accipit̃ spes imortalitatis euidẽter asserit. Nũq̃ꝫ. n. hãc vitã tã cõstãter asserit. Nũq̃ꝫ eniꝫ hãc vitã tã constãter expenderẽt: nisi esse alterã incõparabilit̃ beatiorẽ pfecta diffinitiõe sentirẽt. hec ille. Gregorius insup in. 4. dyalog. ait Nũq̃ꝫ sancti Apostoli ⁊ martyres xp̄i. sic pn̄tem vitam despicerẽt ⁊ in mortẽ carnis animas ponerẽt nisi interiorem ⁊ meliorẽ animaꝝ vitã subsequi crederẽt. Hic igit̃ apparet: q̃ꝫ stulti ⁊ insensati sint illi: qui post pfidos magos: ⁊ vetulas veneficas: seu incãtatores p corporib⁹: nõ tm̃ hominũ: sed ẽt brutoꝝ ab egritudine liberandis pgũt. Apparet insup q̃ꝫta pena: seu supplicio. pp hoc digni sunt ex B ꝙ dispiciũt verã ⁊ catholicã fidẽ. sanguie tantoꝝ martyꝝ approbatã. ⁊ vadũt ad illos qui p suis malitijs atq̃ꝫ demẽtijs cõfirmãdis in feruẽti aqua. p vni⁹ Aue Marie spaciũ digitũ nõ tenerẽt. Dimitte ergo bestialiꝫ creatura. haꝫ reprobatas ⁊ diabolicas supstitiones. Et recurre ad sctõs dei cũ vera fide ⁊ liberaberiꝫ p̄supposito tm̃ ꝙ hoc sit pficuũ animę tue. Quid igr̃ o voꝫ increduli ⁊ sancte xp̄iane fidei aduersarij dicere poteris cõtra hãc sanctissimã fidẽ tãtoꝝ martyꝝ sanguine cõfirmatã. Et pfecto nõ desũt: q ptinaciter ꝯtra ipsaꝫ obsistãt asserẽtes. ꝙ martyꝝ testimonia nequaq̃ꝫ sufficiẽtia sũt ad probãdũ. q̃ vera sit fides xp̄i: q² cõstat ꝙ etiã quasi innumerabiles gentiles. vt legit̃ in gestis Romanoꝝ pro republica

defendenda se morti spon/te obtulerunt. Hoc idem fecerũt ⁊ multi heretici ꝓ fi/de sua defẽsanda. Quib⁹ ego rñdeo ꝙ nõ est simile: ꝑ eo ꝙ morientes ꝑ xp̄i noie. fuerũt triplici gratia ꝑcipue deco/rati. a qua oĩno remoti repe/riũtur. siue q mortui sunt pro republica ĩfideles. siue q pas/si sunt heretici ad ꝓtectionẽ erroris sui. quaꝝ. Prima di cit̃ gr̃a coruscatiõis. Secũ da dicit̃ gr̃a vindicationis. Tertia dicit̃ gr̃a apparitio nis. ¶ Primo demostrãs fi/dẽ xp̄i ⁊ ñ aliã respectu mar tyrũ eẽ verã: dicit̃ gr̃a corui scationis. vz. miraculoꝝ. Nã in martyrijs sanctorũ. tot ⁊ tãta vt melius infra dicetur miracula claruerũt: que sigil latĩ referre impossibile est. Ex qbus tñ vnũ referam qđ accidit in morte regis oium martyrũ dñi nr̃i Jesu xp̄i cui similis in martyrio nõ est in/uentus. Ad qđ inuestigãduz ꝓfero in mediũ illud qđ scri bit̃ Matth. 27. A sexta autẽ hora tenebre facte st̃ sup vni uersaz terrã: vsq; ad horã no nã. Et subdit̃. Ecce velũ tem pli scissuz est in duas ꝑtes a sũmo vsq; deorsũ: ⁊ terra mo ta est: ⁊ monumẽta apta sũt: ⁊ multa corpora sanctoꝝ qui dormierãt surrexerũt cum il lo. hec ibi. In qb⁹ verbis ap/paret. Primũ miraculũ in solis obscuratiõe. Scđz in veli scissione. Tertiũ in ter/remotione. Quartũ i monu mentoꝝ aptiõe. ⁊ petraꝝ scis sione. Quintũ in mortuorũ resurrectione. ¶ Primuz mi raculuz fuit in solis obscura tione. quia tũc tenebre facte sunt: super vniuersam terraz. Qđ ꝓm Hieronymuz super hunc locũ fieri potuit diuina virtute p subtractionẽ radio rũ solis. Scđz Origenez vo per interpositionẽ nubiũ dẽ/sarũ. Sz in hoc standũ Dyo/nisio. qui dicit i Ep̄la ad Po licarpuz. ꝙ illa eclipsis fuit p interpositionem lune inter solem ⁊ terram: ⁊ ꝙ ipse tunc existens in egypto vidit vbi est aeris puritas. quia raris/sime fiunt ibi nubes ⁊ pluuie propter quod magis potuit illa perpendere. Uidit ergo: vt ipse dicit. Lunam ab oriẽ/te ascendentem versus meri/diem: ⁊ supponentem se soli. Talis autem eclipsis mira/

culosa fuit q̄druplici respe/ctu. p̄mo quia luna tunc erat .15. ꝛ tunc distat a sole per dyametruꝫ celi. Eclipsis aūt solis nō potest fieri naturali/ter nisi tempore cōiunctiōis solis ꝛ lune. Scd̄o q꜡ traie/cta eclipsi luna rediit ad oriē tē. Ita ꝙ i vespis fuit in oriē te sole existēte in occidēte. Et sic orbes eoꝝ sunt ad pristinū statū restituti. Tertio q꜡ pꝫ oriētalis solis fuit primo ob/scurata. ꝛ iteruꝫ illuminata. Cōtrario aūt modo fit in ecli psi naturali. Quarto quia fuit luna sub sole per treꝫ ho ras. In naturali aūt eclipsi luna mouetur sub sole conti/nue. De ista eclipsi Origeneꝫ sup Mattheū dicit. Q̄d qui dam scripsit. ꝙ fuit facta tē/pore Tiberij Cesaris. Insup Atheniēses sicut supra dixi/mus. tunc cōstituerūt arā: ꝛ superpositus est titulus igno to deo. ❡ Secundum mira/culū fuit in veli scissione: de quo Nicolaus de lyra. super hoc passu dicit. Q̄d istud ve lum ſm aliquos erat in itroi tu tēpli. p̄hibens aspectū eo rū que erāt itra tēplū. Et iō per talē scissionē. declaratur impletio veritatis in morte christi. que latebat in figuris veteris testamēti. Secundū aūt alios nō fuit velū quod erat in introitu tēplū. sed ve/lū q̄d erat intra tēpluꝫ intra sanctū sanctoꝝ. Et scissio ei⁹ significat. Ideꝫ q̄d prius. De vtroqꝫ aūt Nico. de lyra mē tionē facit sup Matth. 26. c. Cetera per se patent. s. terre motio: scissio petrarū: monu/mētoꝝ apertio. que oia mira culosa fuisse vnusqsqꝫ facile iudicabit. Nec mirū ē. si om nes creature miraculose mo/te sunt. p̄ eo ꝙ tūc oiuꝫ crea turaruꝫ dn̄s seuam ꝛ duram mortem in cruce patiebatur Sed nec in eius martyrio so lum visa sunt magnalia ope/ra dei. quinimo in ceteris martyribus suis. Nonne fu/it illud miraculum: inauditū quando virgo Lucia: tanto pondere a spiritu sancto fixa est: vt non possent eam mil/le paria bouum de loco mo/uere. Quid de reliquis di/cam? Incipe Queso ipso/rum gesta. Et ibi videre po/teris. Quam stupenda mi/raculosa. In passionibus Martyrum Christi Mon/

strauerit deus. que tñ p alia cá passis testimoniũ nõ fue runt. cum nulla pfecto in ta liũ passionibus vt dictuz est miracula facta sunt. ¶ Secunda gratia demonstrans mortẽ martyrũ xpi sanctam fuisse sub vera fide. dr grã vi dicationis. Et dimissa pena qua deus oẽs reprobos pcu tiet in iudicio. tẽporalẽ tãtũ vindictã: quã xps pro marty ribus suis fecit attendamus. Nam Herodes antippas. q Joã. bap. decollari fecit. im pũitus minime fuit. sicut. 18. libro antiquitatũ Josephus narrat. Et scribit ẽt in pmo Eccl'iastice historie libro. He rodes insup Agrippa. q Jacobum occidit. fratrẽ Joannis gladio miserabiliter vitã finiuit. Narrat. n. de illo in scdo Ecclesiastice historie li bro. 2. 19. Antiquitatuz Josephi. qp cum regnasset tribus annis in imperio Judeorum venit cesareã ciuitatẽ. q pus thurris stratonis appellaba tur. vbi ad honorem Cesaris spectaculũ ciuib9 edidit. Ad quã festiuitatez ois puincie mul itudo nobiliũ simul 7 p cerũ puenerat. Scda vo spe ctaculoruz die indutus veste fulgenti: mirabiliter ex auro argẽtoqz contexta, incipiẽte die pcedit ad theatrz. vbi cũ primos solis radios argẽtee vestis gremio suscepisset re percusso splẽdore duplicatã spectãtibus lucẽ fulgor me talli vibrãtis effudit. Ita vt intuentib9 pstringeret aciem aspect9. Et p hoc plus aliqd de eo q̃ hũane nature est ar tifex arrogantia mentiretur. Illico g adulantis vulgi con crepãt voces honorẽ sonãtes 7 ab oibus deus acclamat. Cuius oẽm acclamationẽ io cũdius excipiebat. Post pau lulũ vo vehemẽti vẽtris do lore pcussus amicos suos re spiciens dicebat. Ecce vester deus: sed iam ducor ad mor tem: Et crescẽte dolore cũ fe stinatiõe ad regalia ẽ aspor tatus. Quinqz vero diebus ptinuis dolor vẽtris pfectus 7 totus a vermibus corrosus exspirauit. Orosius aũt his silia q̃ pl'ima scribit in. 7. li bro aduersus paganos. nã 7 de nerõe xpianos supplicijs 7 mortib9 affecit: ac p oẽs p uincias pari psecutiõe excru ciari impauit. xpi q̃qz nomen

extirpare conatus. beatissi-
mos xpi Ap'los Petrū cru-
ce: Paulum gladio occidit.
Mox aceruatim miserā ciui
tatē oborte sunt vndiq̄ cla-
des. Nā subsequēte Autonio
tāta vrbi pestilētia incubuit.
vt.30.milia funerū inuenirē
tur. Britanica deinde clades
e vestigio occidit: qua duo p
cipue oppida magna Ciuiū
sociorūq̄ clade: et cede diru-
pta sunt. preterea in oriēte.ma
gnis armenie puintijs am-
missis: romane legiōis: subiu
gū particū misse. egreque si
ria retēta ē. In Asia tres vr-
bes. hec est. Laodicia. Jero-
polis. Collosse terremotu ce
ciderūt. At vō postq̄ Nero
galban in hispania impato-
rē creatū ab exercitu cogno
uit. totus aīo ac spe cōcidit.
Cūq̄ incredibilia pturbant
immo subruente. reipublice.
mala molliret. hostis a sena
tu pronūciatus ignominiosis
sime fugiēs. ad qrtū ab vr-
be lapidē. sese interfecit. at
q̄ in eo oīs cesarum familia
cōsumata est. hec ille. De do
miciano. Idē ibi infra refert
di. Domicianus ecclesiā pse-
cutus crudeliter. ad h̄ vsq̄ p
ductus est: vt deū se se voca-
ri: scribi coliq̄ iusserit. Mul
tos ex romanis tū inuidia.
tū auaritia interfecit. alios
relegauit libidinis intēpan-
tia quicqd cogitari pōt. ma-
li fecit. qui dū ecclesiā atro-
citer psecutus esset. statim a
suis faciēte dei iudicio in pa
latio interfectus ē. De Tra-
iano insup ait. Traianus re-
gnū accipiēs: xpianos vali-
dissime psecutus est. Quo tē
pore terremot⁹ qtuor vrbes
Asie submerse sunt. Traian⁹
vō p fluuio vētris infeliciter
extinct⁹ ē. Et sic de alijs mul
tis refert. quos ibidē vnus-
quisquis legere pōt. Quid
Egeas sub quo Andreas pas
sus ē. Pascasius sub quo scā
Lucia Quintianus sub quo
Agata. Diocletianus et Ma
ximianus impatores. Ceteri
q̄ in xpi martyres seuiētes:
Certe tādē gladio dei pcus-
si pierunt. ¶ Tertia deniq̄
gra demonstrās fidem xpi et
non aliā respectu martyrum
esse verā dī gratia appara-
ritionis: seu visionis. Nam
martyres in eorum tormen-
tis sepe diuina seu Angelica
visitatione consolati: pp hoc

mortē gratā excipiebāt. Uñ dr Act. 6. Stephanus vidit celos aptos: ꝛ Jesum stātem a dextris virtutis dei. katherina virgo sanctissima i carcere ab angelo est visitata. Agata vero ab apostolo Petro. Dum et beatus Laurentius psecutione Decij scorpionibꝰ cederet. Miles qdā Romanus noie credidit: ꝛ btō Laurētio dixit. Uideo ante te iuvenem pulcherrimū stantez ꝛ mēbra tua cū linteo abstergentē. Adiuro te p dñm festina me baptizare qui tandem in carcere baptizatus: trūcatione capitis martyrium cōpleuit. De reliqs vero in scōrū legendis videre potes. Quibus oibus tribus gratijs cōsideratis ꝛ perspectis: catholice fidei veritas roboratur. Quis ergo vltra de xpi fide poterit dubitar hoc audito? O increduli. O infideles stulti qui cartis ꝛ mēbranis machometi ꝛ aliorū infidelium atramento scriptis creditis. Quis q̄so certior liber eē potest: q̄z q scribit sanguine proprio? Aspicite lignuz crucis. O q̄z vera ꝛ delicata est carta innocētissimi redēptoris nr̄i Jesu xpi. s. caro: quā depictā ꝛ psignatam: lr̄is rubricatis suo sanguine p̄cioso videtis. ibi pculdubio dimissis tot milibus corporibus martyrū p Christi fide laniatis: ꝛ sanguine madefactis: veritas fidei roborat. Ex p̄misso ergo. 7. argumēto. vz tolleratiōis tātorum martyrū: euidēter apparet christianam fidez ꝛ nō alteram verissimā esse.

¶ De octauo argumēto quo oñdit q̄ sola xp̄ianorū fides sit vera ꝛ salutifera.

Octauuz ēt argumētū in ordine declarādū quo singulariter ostēdit solā xp̄ianorū fidē ꝛ nō alteram verissimā eē: dr argumentum intransmutatiōis. Pro cuius argumēti declaratione occurrit mihi auctoritas phi. j. de celo ꝛ mūdo. dicētis. Diuinū esse necesse ē esse primum ꝛ intrāsmutabile. ꝛ auctor in lib. de causis. ēt dicit. Prima cā ꝛ superior est sine oi variatiōe. Quo cōcesso q̄ deus. s. est intransmutabilis: certū est q̄ deus ipse oēs ātiquos patres quos saluauit voluit pcītꝰ saluari aut iplicite: aut explicite sb xp̄ia

na fide & nõ sub alia. qđ dupl'r pbo. Primo auctoritatibus. Scđo distinctiõe. ¶ Primo pbo auctoritatibus Augu. libro. 18. đ ciui. dei. c. 47. Un⁹ nãqꝫ inqt mediator dei & hominũ hõ xp̃s Jesus q venturus in carne sic antiquis patribus pnũciabať: quẽadmodũ nobis venisse nũciatus ẽ: vt vna eademqꝫ fides p ipsuz oẽs iudei ciuitatẽ & dei templum p̃destinatos pducat ad deũ. hec ibi. Idez quoqꝫ Augu. in Encherid. ait. Nullus antiquoꝝ q̃ztumcũqꝫ iustorũ atqꝫ bonoꝝ potuit vnq̃ꝫ p̃ter Christi fidem salutẽ inuenire Ugo ẽt lib. de sacramentis. parte. 10. c. 5. ait. Semp in ecclesia dei ab initio fuit fides & cognitio creatoris: incarnatiõis: & passiõis Christi benedicti. sine qua nullus vnq̃ꝫ salutẽ adinuenit. h̄ ille. ¶ Secũdo hoc idẽ pbo vnica distictiõe Bonauẽture in. 3. di. 25. arti. 1. q. 2. dicẽtis. Cum q̃rit an illi q p̃cesserũt aduẽtũ xp̄i potuerunt saluari absqꝫ fide mediatoris. Rñdeo q̄ nõ: nisi in mediatorẽ crederẽt: vel ip se p se: si eẽt adultus: vel ali⁹ p se si eẽt puulus. Et rõ ẽ: qꝛ cũ gratia & veritas p Jesum Christũ facta sit. Et liberatio a peccato fit simil'r p merita Christi & hec merita nõ se extendant nisi ad illos q efficiũtur eiuꝫ mẽbra: & ei copulanť p fidẽ sicut impossibile ẽ nũc aliter saluari: nisi eidẽ copuleť vel p fidem: vel p fidei sacramẽtũ: sic impossibile fuit post lapsuz aliquẽ saluari: nisi fidem mediatoris habuerit aut explicite vel implicite. Explicite. vt si qs crederet filiuz dei assumptuꝝ nr̃am humanitatẽ: nasciturũ de virgine: passurũ in cruce: resurrecturũ tertia die: & hmõi. Et h̄ mõ explicite credere nõ erat oibus necessariũ. Sꝫ his solũ qbus a deo erat reuelatũ: sicut sanctis patrib⁹. Implicite v̇o credere est expectare redẽptorẽ futuꝝ: qual'r autẽ & quõ h̄ dẽat eẽ nõ erat oib⁹ necessariũ credẽ: sꝫ q̄ illi credebãt: qb⁹ a dño erat reuelatũ h̄ bonauẽtura ad l'raꝫ. Si igiť vt pꝫ ex auctoritatib⁹ & distinctiõe p̃dcã: oẽs q antiquꝫ saluabať de⁹ saluabat sub fide xp̄i. de⁹ v̇o ẽ oio intrãsmutabil'. ꝯcludiť p ꝯñs q̄ nulluꝫ ẽt nũc saluari p̃t nisi sub vna

fide Christi: si aliter fieret: sequeret q ide manes ide es set cu oppositoru: qd cu sit oi no ipossibile: et contra oem phiam. Cocludit p pns necessario ex octauo argumeto. vz intransmutatiois. sola xpianoru fide et no aliam verissima esse.

¶ De nono argumento quo ostendit q sola xpianorum fides vera sit et salutifera.

NOnu insuper argumetu in ordine declarandu: quo singulr ondit sola xpianoru fide et no altera verissima ee: dr argumetu pfirmationis. vz miraculoru. Pro declaratioe huius argumeti occurrit nobis Auctoritas phi in post predicametis dicetis. A priuatione ad habitu impossibilis e regressus p natura: pz h auctoritas. Na cecus naliter: aut etiam accntalr: no pt recipere lumen nisi recipiat a deo qui miraculu causat: eo q solus deus supernaturaliter ei lume infundit: et io de conse. di. 2. c. reuera dr: q miraculu e opus insolitu supra spez et facultate totius nature. Quibus pmissis cocludo q cu sola fides xpiana miracula operet: sola vera e. Nuquid ges idolatra et pagana O saraceni: o tartari: ceteri q ifideles secta machometi tenetes. O heretici: o iudei hodierni: habetis i sectis vestris al iqua miracula? Certe no. Et ro e q deus non vult esse testis alicuius falsitatis Sz dic mihi. O tu fides xpiana a deo ifusa. Nuqd hes seu miracula facis? Certe sic Sed ptermissis miracul antique legis ab Abel vsq ad aduetu xpi: que videre potes in tabula biblie in lra miraculu. Quid dicemus de miraculis factis a sanctis post aduetu xpi: et pbatis per verissimos testes ab ecclesia catholica? Certe cu sint inumerabilia. breuitatis ca oia dimitto. Duo tn singulariter in presenti referemus. Quoru primu e de stupedissimo miraculo: qd accidit in die natiuitatis ipsius dni nostri Jesu xpi. Na vt referut cocorditer Innocentius tertius oro sius atq Eutropius. Octauianus imperator vniuerso orbi ditioni romanoru subiugato: in tm senatui placuit: vt ipsum p deo colere vellet

Prudēs āt Jmpator se mor/
talē itelligēs:nomē imortali
tatꝭ noluit vsurpare. Ad illoꝝ
vo iportunā istātiā Sibillā
aduocat scire volēs p eiꝰ ora/
cula si i mūdo maior eo aliqñ
nascef. Cū ġ in die natiuitatꝭ
dñi ꝯsiliū sup hac re inuocassꝫ
ꝛ Sibilla in camera Jmpa/
toris psisteret:i die media cir
culꝰ aureꝰ apparuit circa so/
lē:ꝛ in medio circuli pulcher
rima vgo:pueꝝ gestās in gre
mio. Tūc Sibilla h cesari ondit. Cū āt impator ad pdictā
visionē plimū miraref:audi/
uit vocē d celo dicētē sibi est
Ara celi:dixitqꝫ ei Sibilla:h
puer maior te ē. ꝛ iō ipꝫ ado/
ra. Et iō in eadē cāera in ho/
nore scē Marie Ara dicata
ē:vñ vsqꝫ hodiernū diē dr scā
Maria d ara celi. Jntelligēs
igr Jmpator q h puer maior
se erat ꝯfesti ei thura obtulit
ꝛ deꝰ dcetero vocari recusa/
uit. ecce pmū miraculū. Sꝫ ēt
miraculū hr in legēda sci An
dree apos. germāi Petri. vbi
legif q. 40. mortuos:ꝛ i ma/
ri submersos simul ꝛ semel re
suscitauit. vñ q p scē xpiane
fidei vitate:nō tm viui sꝫ etiā
mortui miracula faciūt. Eꝫ
heretici ꝛ alij ifideles sic nec
viui:sic nec mortui facer mi/
racla pnt. Jn cuiꝰ figura. Exo
di. 8. c. Magi dfecert nō va/
lētes sic Aarō. ꝯuerter i pul/
uerē tre sinifex:pp qd dixert
digitꝰ dei ē hic. Et qd plꝰ ē p
miracula dei pōa sp fuit ꝯmi
tata pplꝰꝫ hebreoꝝ seu iudeo
rū. nec aliqñ eū dseruert: dū
tenuert vaꝫ fidē. Tñ postqꝫ ve
rā xpi fidē ꝯtēpserūt: totalit
in miraculis dfecert. Jta q
nūqꝫ ab inde citra:qsqꝫ eorū
facē miracula potuit. Ex qbꝰ
ꝯcludo:q cū sola fides xpiana
faciat miracula: ꝛ miracula
solū pcedūt a deo. deꝰ vo ipe
nullatenꝰ pōt eē testis falsita
tis:sꝫ solū vitatꝭ p ꝯñs seqtur
q sola xpi fides vera ꝛ nō er/
ronea:q: si error aliqs ē in fi/
de xpiana ꝑsus: do iputādꝰ
ē:a quo simplr miracula pce
dūt. dicēte Ricardo. j. de tri/
ni. c. 2. Dñe inqt si ē error in fi
de nra a te dcepti sumꝰ: nam
tot ꝛ tātis signis cōfirmata
est:q nō nisi p te fieri possent
hec ibi. Si qs aūt obiceret:
q miracula aliqua nō sūt in
fide xpiana. Respōdeo q ne/
quaqꝫ totus mundus simplr
pauperibus Apostolis idiot

⁊ illiteratis credidiss3:nisi ꝺ
us eoꝝ dicta testimonijs mi
raculoꝝ cõfirmasset:propter
qđ Mar.vltio.c.dr̄. Illi aũt
s.aplĩ ꝓfecti p̄dicauerũt vbi
qꝫ dño coopante:⁊ sermonez
confirmante.sequentibus si/
gnis.ꝙ si qđ absit talia mira
cula facta non eẽnt:maximũ
ꝓfecto miraculũ fuit : totuz
mũdũ sine vllis miracul' ad
xp̄i fidẽ se cõuertisse. dicen/
te Aug.in.22.de ciui.dei.c.5.
Si ista inqt miracula in fide
xp̄i fcã eẽ nõ credũt:saltẽ no
bis vnũ grãde miraculũ suf
ficit:q2 iã totus orbis terra/
rum sine vllis miraculis cre
didit:⁊ fidei xp̄iãe se subijcit
hec ille.Sed vere tales ma/
xime conuincũtur experien/
tia.Tã enim euidẽtia sunt ⁊
fuerũt miracula xp̄iane fidei
ꝙ nisi a fatuis ⁊ insipientib9
nequaq̄3 negari pñt. Nã Sil
uester papa curauit Cõstan/
tinum Imperatorẽ a lepra:
⁊ xp̄ianũ fecit oẽsqꝫ iudeos i
disputatione corã ipso cõui/
cit.Si qs aũt iteꝝ obstar3 ꝙ
Antichristus ẽt miracula fa
ciet. Rñdeo ẜm docto.ꝙ ma
gna ẽ differẽtia inter mira/
cula xp̄i ⁊ mira opera seu fal
sa antichristi.Et inter mira/
cula dei ⁊ miracula diaboli.

Sicut ait Augustinus in
